Interim autem fur, profectus, & boues soluens abegit. Ille autem reuersus non inuentis bobus, & plangere & lugere vehementer instituit. profecta igitur & mulier, & lamentantem inueniens inquit, iterum ploras? & ille, Nunc ait, verè ploro. & ego itaque multis euitatis periculis nunc verè fleo, solutioné mali necunde inueniens. Post hæc affuerunt & Delphi & extractum ipsum è carcere trahebant violenter in præcipitium. Ille autem eis dicebat: Quando colloquebãtur animalia bruta, mus ranæ amicus factus, ad cœnam eam inuitauit, & abducta in penarium diuitis, vbi multa esculenta erant: Comede, inquit, amica rana. Post epulationem & rana murem in suam inuitauit cœnationem: sed ne defatigere, inquit, natando filo tenui tuum pedem meo alligabo. Atque hoc facto saltauit in paludem. Ea autem vrinata in profundum mus suffocabatur & moriens ait, Ego quidem

per te

per te morior, sed me vindicabit maior. Supernatante igitur mure in palude mortuo deuolãs aquila hunc arripuit, cum eo autem appensam vnà etiam ranam, & sic ambos deuorauit. Et ego igitur, qui vi per vos morior, habebo vltorem: Babylon enim & Græcia omnis meam à vobis exigẽt mortem. Delphi tamen ne sic quidem pepercerunt Aesopo. Ille autẽ in Apollinis confugit sacellum, sed illi & illinc extraxerunt irati, & in præcipitium rursus traxeruut. Aesopus quum abduceretur, dicebat, Audite me Delphi: Lepus aquila insectante in lustrũ scarabei confugit, rogans vt ab eo seruaretur. Scarabeus autem rogabat aquilam ne occideret supplicẽ obtestando ipsum per maximum Iouem, saltẽ ne despiceret paruitatem suam. Illa v. irata, ala percutiens scarabeũ, leporẽ raptũ est depasta. Scarabeus autem & cum aquila volauit, vt nidũ eius disceret, ac iam profectus, oua eius deuoluta disrupit. Illa autem quum

θνήσκω, ἐκδικηθήσομαι δὲ ὑπὸ μείζονος. ἐπιπλέοντος οὖν τοῦ μυὸς τῇ λίμνῃ νεκροῦ καταπτὰς ἀετὸς, τοῦτον ἀφήρπασε, σὺν αὐτῷ δὲ προσηρτημένον ὁμοῦ καὶ τὸν βάτραχον. καὶ οὕτως ἄμφω κατεθοινήσατο. κἀγὼ τοίνυν βίᾳ πρὸς ὑμῶν ἀποθνήσκων, ἕξω τὸν ἀμυνοῦντα. Βαβυλὼν γὰρ καὶ Ἑλλὰς πᾶσα τὸν ἐμὸν παρ᾽ ὑμῶν ἀπαιτήσουσι θάνατον. οἱ μὲν οὖν Δελφοὶ οὐδ᾽ ὡς ἐφείσαντο τοῦ Αἰσώπου. ὁ δ᾽ ἐπὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος κατέφυγεν ἱερόν· οἱ δὲ κἀκεῖθεν ἀποσπάσαντες μετ᾽ ὀργῆς, ἐπὶ τὸν κρημνὸν αὖθις εἷλκον. ὁ δ᾽ ἀπαγόμενος ἔλεγεν, ἀκούσατέ μου Δελφοὶ, Λαγωὸς ὑπ᾽ ἀετοῦ διωκόμενος, πρὸς κοίτην κανθάρου κατέφυγε, δεόμενος ὑπ᾽ αὐτοῦ σωθῆναι· ὁ δὲ κάνθαρος ἠξίου τὸν ἀετὸν, μὴ ἀνελεῖν τὸν ἱκέτην, ὁρκίζων αὐτὸν κατὰ τοῦ μεγίστου Διὸς ἢ μὴν μὴ καταφρονῆσαι τῆς μικρότητος αὐτοῦ. ὁ δὲ μετ᾽ ὀργῆς τῇ πτέρυγι ῥαπίσας τὸν κάνθαρον, τὸν λαγωὸν ἀναρπάσας κατέφαγεν. ὁ δὲ κάνθαρος τῷ τε αὐτῷ συναπέπτη, ὡς τὴν καλιὰν τούτου καταμαθεῖν, καὶ δὴ προσελθὼν, τὰ ᾠὰ τούτου κατακυλίσας διέφθειρε. τοῦ δὲ δεινὸν ποιησαμένου, εἴ τις

τοῦτο

τοῦτο τολμήσειε, καὶ ἐπὶ μετεωροτέρου τόπου τὸ δεύτερον νεοττοποιησαμένου. κἀκεῖ πάλιν κάνθαρος τὰ ἴσα τοῦτον διέθηκεν. ὁ δὲ ἀετὸς ἀμηχανήσας τοῖς ὅλοις, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν Δία (τούτου γὰρ ἱερὸς εἶναι λέγεται) τοῖς αὐτοῦ γόνασι τὴν τρίτην γονὴν τῶν ᾠῶν ἔθηκε, τῷ θεῷ ταῦτα παραθέμενος, καὶ ἱκετεύσας φυλάττειν. ὁ κάνθαρος δὲ κόπρου σφαῖραν ποιήσας, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τοῦ κόλπου τοῦ Διὸς ταύτην καθῆκεν. ὁ δὲ Ζεὺς ἀναστὰς ἐφ' ᾧ τὴν ὄνθον ἀποτινάξασθαι, καὶ τὰ ᾠὰ διέρριψεν ἐκλαθόμενος, ἃ καὶ συνετρίβη πεσόντα. μαθὼν δὲ παρὰ τοῦ κανθάρου, ὅτι ταῦτ' ἔδρασε τὸν ἀετὸν ἀμυνόμενος, οὐ γὰρ δὴ τὸν κάνθαρον ἐκεῖνος μόνον ἠδίκησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν Δία αὐτὸν ἠσέβησε, πρὸς τὸν ἀετὸν εἶπεν ἐλθόντα, κάνθαρον εἶναι τὸν λυποῦντα, καὶ δὴ δικαίως λυπεῖν μὴ βουλόμενος, οὖν τὸ γένος τὸ τῶν ἀετῶν σπανισθῆναι συνεβούλευε τῷ κανθάρῳ διαλλαγὰς πρὸς τὸν ἀετὸν θέσθαι. τοῦ δὲ μὴ πειθομένου, ἐκεῖνος εἰς καιρὸν ἕτερον τὸν τῶν ἀετῶν μετέθηκε τοκετόν, ἡνίκα οὐ μὴ φαίνονται κάνθαροι. καὶ ὑμεῖς οὖν, ὦ ἄνδρες Δελφοὶ, μὴ ἀτιμάσητε

quũ graue exiſtimaret, ſi quis hoc auſus fuiſſet, & in altiore loco ſecundò nidificaſſet: & illic rurſus ſcarabeus iiſdem hanc affecit. Sed aquila inops conſilii penitus, aſcendit ad Iouẽ (in eius n. tutela eſſe dicitur) & in ipſius genib. tertiam fœturã ouorũ poſuit, deo ipſa cõmendans, & ſupplicans, vt cuſtodiret: ſed ſcarabeus è ſtercore pilula facta aſcendit, & in ſinũ Iouis eam demiſit. Iupiter aſſurgẽs vt fimũ excuteret, & oua abiecit oblitus, quæ & cõtriuit deiecta. Sed quum didiciſſet à ſcarabeo, quod hæc feciſſet vt aquilã vlciſceretur, non n. ſcarabeũ tantũ illa affecit iniuria, ſed & in Iouẽ ipſum impia fuit, aquilæ reuerſæ ait, Scarabeũ eſſe qui affecit mœrore, & certè iure affeciſſe. Nolens igitur aquilarum genus deficere, cõſuluit ſcarabeo vt aquilæ recõciliaretur. Quum hic non paruiſſet, ille in aliud tempus tranſpoſuit aquilarum partũ quum nõ apparent ſcarabei. Et vos igitur ô viri Delphi, ne deſpicite hunc deum, ad

quem profugi, etsi paruum sortitus est delubrũ: neque enim impios negliget. Delphi verò hæc parum curantes, rectà ad mortem itidem agebant. Aesopus nulla re à se dicta videns eos flecti, rursus ait: Viri crudeles & interfectores audite: Agricola quidam in agro consenuit, & quum nunquam ingressus esset in vrbem, precabatur domesticos vt eam videret? at ille iunctis asellis, atq; in curru eo imposito solum iusserunt agere. Eunti tamen procella & turbine aerem occupantibus & tenebris factis, aselli à via ab errantes in quoddã pręcipitium deduxerũt senem, at ille iam præcipiandus, ô Iupiter ait, in qua re te iniuria affeci, quòd sic iniquè occidor, præsertimq; neque ab equis generosis, neque à mulis bonis, sed ab asellis vilissimis? Et ego itaque eodem modo nunc tristor, quòd non ab honoratis viris aut elegãtibus, verùm ab inutilibus & pessimis interficior. Iamque præcipitandus eiusmo-

μάσητε τοῦτον δὴ τὸν θεὸν, εἰς ὃν κατέφυγον, εἰ καὶ μικροῦ τετύχηκεν ἱεροῦ· οὐδὲ γὰρ ἀσεβεῖς περιόψεται. οἱ δὲ Δελφοὶ τούτων ὀλίγα φροντίζοντες, τὴν ἐπὶ τὸν θάνατον ὁμοίως ἦγον. Αἴσωπος δὲ μηδενὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ὁρῶν καμπτομένους πάλιν φησίν. ἄνδρες ἀνήμεροι καὶ φονῶντες ἀκούσατε· γεωργός τις ἐπ' ἀγροῦ γεγηρακὼς, ἐπεὶ μηδέ ποτε εἰσῆλθεν εἰς ἄστυ, παρεκάλει τοὺς οἰκείους τοῦτο θεάσασθαι. οἱ δὲ ζεύξαντες ὀνάρια, καὶ ἐπὶ τῆς ἀπήνης αὐτὸν ἀναβιβασάμενοι μόνον ἐκέλευσαν ἐλαύνειν. ὁδεύοντι δὲ χειμῶνος καὶ θυέλλης τὸν ἀέρα καταλαβόντων, καὶ ζόφου γινομένου, τὰ ὀνάρια τῆς ὁδοῦ πλανηθέντα εἴς τινα κρημνὸν ἐξετόπισαν τὸν πρεσβύτην· ὁ δὲ μέλλων ἤδη κατακρημνίζεσθαι, ὦ Ζεῦ, εἶπε, τί ποτέ σε ἠδίκησα, ὅτι οὕτω παρὰ λόγον ἀπόλλυμαι, καὶ ταῦτα οὔθ' ὑφ' ἵππων γενναίων, οὔθ' ἡμιόνων ἀγαθῶν, ἀλλ' ὀναρίων εὐτελεστάτων; κἀγὼ τοίνυν ἐπὶ τοῖς ἴσοις νῦν δυσχεραίνω, ὅτι μὴ ὑπ' ἐντίμων ἀνδρῶν, ἢ ἐλλογίμων ἀλλ' ὑπ' ἀχρείων καὶ κακίστων ἀπόλλυμαι. μέλλων δὲ ἤδη μετὰ τοῦ κρημνοῦ ἀφίεσθαι τοιοῦτον εἴρηκε

εἴρηκε πάλιν μῦθον· ἀνήρ τις τῆς οἰκείας ἐρασθεὶς θυγατρὸς, εἰς ἀγρὸν ἀπέστειλε τὴν γυναῖκα, μόνην δὲ τὴν θυγατέρα ἀπολαβὼν ἐβιάζετο. ἡ δὲ, πάτερ, εἶπεν, ἀνόσια πράττεις. ηὐχόμην μέντοι ὑπὸ πολλῶν ἀνδρῶν αἰσχυνθῆναι, ἢ ὑπὸ σοῦ τοῦ γεννήσαντος. τοῦτο τοίνυν καὶ ἐφ' ὑμῶν, ὦ παράνομοι Δελφοὶ, λέγω ὡς ᾑρούμην Σκύλλῃ καὶ Χαρύβδει περιπεσεῖν, καὶ ταῖς ἐν Ἀφρικῇ σύρτεσιν, ἢ παρ' ὑμῶν ἀδίκως καὶ ἀναξίως ἀποθανεῖν. καταρῶμαι γοῦν ὑμῶν τῇ πατρίδι, καὶ θεοῖς μαρτύρομαι, ὡς ἔξω πάσης δίκης ἀπόλλυμαι, οἵ με τιμωρήσουσιν εἰσακούσαντες. ἔρριψαν μὲν οὖν αὐτὸν οἱ Δελφοὶ κατὰ τοῦ κρημνοῦ, καὶ ἀπέθανεν. οὐ πολλῷ δ' ὕστερον λοιμῷ συσχεθέντες, χρησμὸν ἔλαβον ἐξιλάσκεσθαι τὸν Αἰσώπου θάνατον. ᾧ καὶ ὡς συνειδότες ἑαυτοῖς ἀδίκως φονευθέντι, καὶ στήλην ἀνέστησαν. οἱ δ' ἐν τῇ Ἑλλάδι προεστεύοντες, καὶ ὅσοι τῶν σοφωτέρων καὶ αὐτοὶ τὰ εἰς Αἴσωπον πεπραγμένα μαθόντες, εἰς τε Δελφοὺς παρεγένοντο, καὶ σὺν ἐκείνοις σκεψάμενοι, τιμωροὶ καὶ


eiuſmodi dixit rurſus fabulam: Vir quidam ſuam deamans filiam, rus miſit vxorem, ſolam autem filiam receptam violauit. Illa autē, Pater, ait, ſcelesta facis: mallē tamen à multis viris dedecore hoc affici, quā à te qui genuiſti. Hoc nūc & in vos ô iniqui Delphi, dico, quòd eligerē in Scyllā & Charybdim potiùs incidere, ac in Africæ Syrteis, quàm per vos iniuſtè atque indignè mori. Execror igitur veſtrā patriam, & deos teſtor, me præter omnem iuſtitiam interire, qui me vlciſcentur exauditum. Præcipitarunt igitur ipſum Delphi de rupe, & mortuus eſt. Non multò poſt autem peſtilentia laborantes, oraculum acceperūt, expiandā eſſe Æſopi mortem. Cui, quòd & conſcii ſibi eſſent iniuſtè eum interfeciſſe, etiam cippum erexerunt. Sed primates Græciæ ac ſapientiſſimi quique, quum & ipſi quæ in Æſopum facta fuiſſent, intellexiſſent, & in Delphos profecti ſunt, & cum illis habita inquiſi-

tione, vltores & ipsi Æsopi mortis fuerunt.

Finis AEsopi vitæ à Maximo Planude conscriptæ.

καὶ αὐτοὶ τοῦ Αἰσώπου θανάτου γεγόνασιν.

Τέλος τοῦ Αἰσώπου βίου ὑπὸ Μαξίμου τοῦ Πλανούδου συγγραφέντος.



ÆSO-

ΑΙΣΩΠΟΥ ΜΥΘΟΙ.

ÆSOPI FABVLAE.

Αετὸς καὶ Αλώπηξ.

AQVILA ET Vulpes. 1



Αετὸς καὶ Αλώπηξ φιλιωθέντες, πλησίον ἀλλήλων οἰκεῖν ἔγνωσαν, βεβαίωσιν φιλίας ποιούμενοι τὴν συνήθειαν. ὁ μὲν οὖν ἐφ᾽ ὑψηλοῦ δένδρου τὴν καλιὰν ἐπήξατο. ἡ δὲ Αλώπηξ ἐν τοῖς ἔγγιστα θάμνοις ἐτεκνοποιήσατο. ἐπὶ νομὴν οὖν ποτε τῆς Αλώπηκος προελθούσης, ὁ Αετὸς τροφῆς

AQVILA ET Vulpes inita amicitia prope habitare decreuerunt, amicitiam familiaritate confirmantes. Itaque Aquila super alta arbore nidum affixit. Vulpes verò in proximis arbustis filios peperit. Ad pabulum igitur aliquando Vulpe profecta, Aquila cibi

cibi inopia laborans, deuolans in arbusta, & filios huius abreptos, vnà cum suis pullis deuorauit. Vulpes itaq; reuersa, & recognita, non tam filiorum tristata est morte, quàm vindictæ inopia: quia enim terrestris esset, volucrem persequi haud poterat. Quare procul stans, quod etiam impotentibus est facile, inimicę maledicebat. Non multo autem post, capram quibusdam in agro sacrificantibus, deuolans Aquila partem victimæ cum ignitis carbonibus rapuit, & in nidum tulit. Vento autem vehementer tunc flante, & flamma excitata, Aquilæ pulli inuolucres adhuc quum essent, afflati in terram deciderunt. Vulpes verò accurrens in conspectu Aquilæ omnes deuorauit.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, eos, qui amicitiam violarint, licèt ab affectis iniuria fugiant vltionem ob impotentiam, diuinum tamen supplicium non depulsuros.

AQVI-

τροφῆς ἀπορῶν, καταπτὰς ἐπὶ τῶν θάμνων, καὶ τὰ τέκνα ταύτης ἀναρπάσας, ἅμα τοῖς αὐτοῦ νεοττοῖς ἐθοινήσατο. ἡ δ᾽ Ἀλώπηξ ἐπανελθοῦσα, καὶ τὸ πραχθὲν μαθοῦσα, οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τῷ τῶν τέκνων ἐλυπήθη θανάτῳ, ὅσον ἐπὶ τὸ τῆς ἀμύνης ἀπόρῳ. χερσαία γὰρ οὖσα πτηνὸν διώκειν οὐχ οἵα τε ἦν. διὸ καὶ πόρρωθεν ἱστᾶσα, τοῦθ᾽ ὃ καὶ τοῖς ἀδυνάτοις ἐστὶν εὔπορον, τῷ ἐχθρῷ κατηρᾶτο. οὐ πολλῷ δ᾽ ὕστερον αἶγά τινων ἐπ᾽ ἀγροῦ θυόντων, καταπτὰς ὁ Ἀετὸς μέρος τι τῶν θυμάτων σὺν ἐμπύροις ἄνθραξιν ἥρπασε, καὶ ἐπὶ τὴν νεοττιὰν ἤγαγεν. ἀνέμου δὲ σφοδροῦ πνεύσαντος τηνικαῦτα, καὶ φλογὸς ἀναδοθείσης, οἱ ἀετιδεῖς ἄπτηνες ἔτι τυγχάνοντες, ὑπτηθέντες εἰς γῆν κατέπεσον. ἡ δ᾽ Ἀλώπηξ ἐπιδραμοῦσα, ἐν ὄψει τοῦ Ἀετοῦ πάντας κατέφαγεν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ φιλίαν παρασπονδοῦντες κἂν τὴν ἐκ τῶν ἠδικημένων φύγωσι τιμωρίαν δι᾽ ἀσθένειαν, ἀλλὰ τήν γε θείαν δίκην οὐ διακρούσονται.

Ἀετὸς

Ἀετὸς καὶ Κάνθαρος.

AQVILA ET Scarabeus. 2



Λαγωὸς ὑπ' Ἀετοῦ διωκόμενος πρὸς κοίτην Κανθάρου κατέφυγε, δεόμενος ὑπ' αὐτοῦ σωθῆναι. ὁ δὲ Κάνθαρος ἠξίου τὸν Ἀετὸν μὴ ἀνελεῖν τὸν ἱκέτην, ὁρκίζων αὐτὸν κατὰ τοῦ μεγίστου Διὸς, ἦ μὴν μὴ καταφρονῆσαι τῆς μικρότητος αὐτοῦ. ὁ δὲ μετ' ὀργῆς τῇ πτέρυγι ῥαπίσας τὸν Κάνθαρον, τὸν Λαγωὸν ἁρπάσας κατέφαγεν. ὁ δὲ Κάνθαρος τῷ τε Ἀετῷ συναπέπτη, ὡς τὴν καλιὰν τούτου καταμαθεῖν, καὶ δὴ προσελθὼν, τὰ ᾠὰ τούτου κατακυλίσας διέφθειρε· τοῦ δὲ

δεινὸν

LEpus Aquila insectante in lustrum Scarabei profugit, rogans vt ab eo seruaretur. Scarabeus autem rogabat Aquilam ne occideret supplicem, obtestanti ipsam per maximum Iouem, ne scilicet contemneret paruitatem eius. Illa verò irata ala percussit Scarabeum, & Leporem arreptum deuorauit. At Scarabeus, & cum Aquila volauit, vt nidum eius disceret: ac iam profectus, oua eius deuoluta disrupit. Illa autē quum

 graue

graue exiſtimaret, ſi quis hoc auſus fuiſſet, & in altiore loco ſecundò nidificaſſet, & illic rurſus Scarabeus pariter hanc affecit. Sed Aquila inops conſilii penitus adſcendit ad Iouem (in eius enim tutela eſſe dicitur) & in ipſis genibus tertiam fœturã ouorũ poſuit, Deo ipſa cõmendans, & ſupplicans vt cuſtodiret. Scarabeus autẽ è ſtercore pilula facta aſcẽdit, & in ſinum Iouis eam demiſit. Iupiter verò quũ ſurrexiſſet vt fimum excuteret, oua quoq; proiecit oblitus, quæ & contriuit deiecta. Cognito autem à Scarabeo quòd hæc feciſſet vt Aquilã vlciſceretur: nam non modò Scarabeũ illa iniuria affecit, ſed & in Iouem ipſum impia fuit, reuerſæ aquilæ ait Iupiter Scarabeũ eſſe qui mœſtitiæ cauſa fuerit, & certè iure fuiſſe. Nolens igitur genus Aquilarum rareſcere, cõſuluit Scarabeo vt Aquilæ conciliaretur. Eo autẽ non parente, Iupiter in aliud tempus Aquilarum tranſmutauit partũ, quũ Scarabei non appareant.

Aſſa-

δεινὸν ποιησαμένου, εἴ τις τοῦτο τολμήσειε, κἀπὶ μετεωροτέρου τόπου τὸ δεύτερον νεοττοποιησαμένου, κἀκεῖ πάλιν ὁ Κάνθαρος τὰ ἴσα τούτων διέθηκεν. ὁ δ᾽ Ἀετὸς ἀμηχανήσας τοῖς ὅλοις, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν Δία (τούτου γὰρ ἱερὸς εἶναι λέγεται) τοῖς αὐτοῦ γόνασι τὴν τρίτην γονὴν τῶν ᾠῶν ἔθηκε, τῷ θεῷ ταῦτα παραθέμενος, καὶ ἱκετεύσας φυλάττειν. ὁ Κάνθαρος δὲ κόπρου σφαῖραν ποιήσας καὶ ἀναβὰς, ἐπὶ τοῦ κόλπου τοῦ Διὸς ταύτην κατέθηκεν. ὁ δὲ Ζεὺς ἀναστὰς ἐφ᾽ ᾧ τὴν ὄνθον ἀποτινάξασθαι, καὶ τὰ ᾠὰ διέρριψεν ἐκλαθόμενος, ἃ δὲ συνετρίβη πεσόντα. μαθὼν δὲ παρὰ τοῦ Κανθάρου, ὅτι ταῦτ᾽ ἔδρασε τὸν Ἀετὸν ἀμυνόμενος· οὐ γὰρ μὴν τὸν Κάνθαρον ἐκεῖνος μόνον ἠδίκησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν Δία αὐτὸν ἠσέβησε, πρὸς τὸν Ἀετὸν εἶπεν ἐλθόντα, Κάνθαρον εἶναι τὸν λυποῦντα, καὶ δὴ καὶ δικαίως λυπεῖν. μὴ βουλόμενος οὖν τὸ γένος τὸ τῶν Ἀετῶν σπανισθῆναι, συνεβούλευε τῷ Κανθάρῳ διαλλαγὰς πρὸς τὸν Ἀετὸν θέσθαι. τοῦ δὲ μὴ πειθομένου, ἐκεῖνος εἰς καιρὸν ἕτερον τὸν τῶν Ἀετῶν μετέθηκε τοκετὸν, ἡνίκα ἂν μὴ φαίνωνται Κάνθαροι.

Επι

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, μηδένος καταφρονεῖν, λογιζομένους, ὡς οὐδείς ἐστιν, ὃς προπηλακισθεὶς οὐκ ἂν δυνηθείη ἑαυτῷ ἐπαμύνασθαι.

AFFABVLATIO.

Fabula, significat nullum contemnendum, præsertim quum non sit quisquam, qui lacessitus se vlcisci non queat.

Ἀηδὼν καὶ Ἱέραξ.

PHILOMELA & Accipiter. 3



Ἀηδὼν ἐπὶ δένδρου καθεζομένη κατὰ τὸ εἰωθὸς ᾖδεν. Ἱέραξ δὲ θεασάμενος, καὶ τροφῆς ἀπορῶν, συνείληφεν ἐπιπτὰς ἡ δ᾽ ἀναιρεῖσθαι μέλλουσα, ἐδεῖτο τοῦ Ἱέρακος μὴ βρωθῆναι· μηδὲ γὰρ ἱκανὴν εἶναι Ἱέρακος γαστέρα πληρῶσαι, δεῖν δὲ αὐτὸν τροφῆς προσδεόμενον ἐπὶ τὰ μείζω τῶν ὀρνέων τρέπεσθαι καὶ ὁ Ἱέραξ ὑπο-

PHilomela super arbore sedens de more canebat. Accipiter autem videns ac cibi indigens, aduolans corripuit. Quæ quum occidenda esset, orabat. Accipitrem ne deuoraretur? neq; enim satis esse ad Accipitris ventrem implendum, sed oportere ipsum cibo egentem ad maiores aues conuerti. Accipiter autem

autem respondens ait. Sed ego certè amens essem, si qui in manibus paratus est, cibo dimisso, quæ non videntur persequar.

AFFABVLATIO.

Fabula significat plerosq; homines eodem modo esse inconsultos, qui spe maiorum quæ incerta sunt quæ in manibus habentur amittant.

ὑπολαβὼν εἶπεν, ἀλλ' ἔγωγε ἄφρων ἂν εἴην, εἰ τὴν ἐν χερσὶν ἑτοίμην τροφὴν ἀφεὶς, τὰ μὴ φαινόμενά που διώκοιμι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῶν ἀνθρώπων οὕτως ἀλόγιστοί εἰσιν, οἱ δὲ ἐλπίδι πλειόνων ἀδήλων τὰ ἐν χερσὶ προϊέμενοι.

VVLPES ET Hircus. 4

Ἀλώπηξ καὶ τράγος.



Vlpes & Hircus sitiẽtes in puteum descenderunt, sed postquam biberunt, Hirco indagante ascensum, Vulpes ait, Con-

Ἀλώπηξ καὶ τράγος διψῶντες εἰς φρέαρ κατέβησαν. μετὰ δὲ τὸ πιεῖν, τοῦ τράγου σκεπτομένου τὴν ἄνοδον, ἡ Ἀλώπηξ ἔφη, θάρσει,

θάρσει, χρήσιμόν τι καὶ εἰς τὴν ἀμφοτέρων σωτηρίαν ἐπινενόηκα. εἰ γὰρ ὄρθιος σταθεὶς, τοὺς ἐμπροσθίους τῶν ποδῶν τῷ τοίχῳ προσερείσεις, καὶ τὰ κέρατα ὁμοίως εἰς τὸ ἔμπροσθεν κλινεῖς, ἀναδραμοῦσα διὰ τῶν σῶν αὐτὴ νώτων καὶ κεράτων, καὶ ἔξω τοῦ φρέατος ἐκεῖθεν πηδήσασα, καὶ σὲ μετὰ τοῦτο ἀνασπάσω ἐντεῦθεν. τοῦ δὲ τράγου πρὸς τοῦτο ἑτοίμως ὑπηρετησαμένου, ἐκείνη τοῦ φρέατος οὕτως ἐκπηδήσασα, ἐσκίρτα περὶ τὸ στόμιον ἡδομένη. ὁ δὲ τράγος αὐτὴν ἐπέμφετο, ὡς παραβαινούσῃ τὰς συνθήκας. ἡ δ' ἀλλ' εἰ τοσαύτας, εἶπε, φρένας ἐκέκτησο, ὁπόσας ἐν τῷ πώγωνι τρίχας, οὐ πρότερον ἂν κατέβης, πρὶν ἢ τὴν ἄνοδον σκέψασθαι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω καὶ τὸν φρόνιμον ἄνδρα δεῖ πρότερον τὰ τέλη σκοπεῖν τῶν πραγμάτων, εἶθ' οὕτως αὐτοῖς ἐγχειρεῖν.

Confide, vtile quid in vtriuſq; etiam ſalutem excogitaui: ſi enim rectus ſteteris, & anteriores pedes parieti applicueris, & cornua pariter in anteriorem partem inclinaueris, quum percurrerim ipſa per tuos humeros & cornua, & extra puteū illinc exiluerim, & te poſtea extraham hinc, ab Hirco autem ad hoc promptè officio præſtito, illa quum ex puteo ſic exiluiſſet, exultabat circum os læta. Hircus autem ipſam accuſabat, quòd tranſgreſſa fuerit conuentiones. Illa autem, Sed ſi tot, inquit, mētes poſſideres quot in barba pilos, non antè deſcendiſſes, quàm aſcēſum conſideraſſes.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, ſic prudentem virum oportere prius fines altius conſiderare rerum, deinde ſic ipſas aggredi.

Ἀλώπηξ καὶ Λέων.

Vulpes & Leo. 5

Ἀλώπηξ μήπω θεασαμένη Λέοντα, ἐπειδὴ κατὰ-

VVlpes quum nunquam vidiſſet Leonem,



nem, quum ei casu quodam occurrisset, primùm sic timuit, vt fermè moreretur. Deinde quum secundò vidisset, timuit certè, non tamen vt prius, tertiò autem quum ipsum vidisset, sic contra eum ausa est, vt accederet & colloqueretur.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, conuersatione terribilia quoque accessu facilia fieri.

κατά τινα τύχην αὐτῷ συνήντησε, τὸ μὲν πρῶτον οὕτως ἐφοβήθη ὡς μικροῦ καὶ ἀποθανεῖν· ἔπειτα τὸ δεύτερον θεασαμένη, ἐφοβήθη μὲν, οὐ μὴν ὡς τὸ πρότερον· ἐκ τρίτου δὲ τοῦτον θεασαμένη, οὕτως αὐτοῦ κατεθάρρησεν, ὡς καὶ προσελθοῦσα διαλεχθῆναι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἡ συνήθεια καὶ τὰ φοβερὰ τῶν πραγμάτων εὐπρόσιτα ποιεῖ.

Felis & Gallus. 6

Felis comprehenso Gallo, quum rationabili causa volebat deuorare. Cæterum accusabat ipsum,

Αἴλουρος καὶ Ἀλεκτρυών.

Αἴλουρος συλλαβὼν Ἀλεκτρυόνα μετ' εὐλόγου τοῦτον αἰτίας ἠβουλήθη καταφαγεῖν. καὶ δὴ κατηγό-



τηγόρει αὐτοῦ, λέγων, ὡς ὀχληρὸς εἴη τοῖς ἀνθρώποις νύκτωρ κεκραγὼς καὶ μὴ συγχωρῶν ὕπνου τυγχάνειν. τοῦ δ' ἀπολογουμένου, ἐπὶ τῇ ἐκείνων ὠφελείᾳ τοῦτο ποιεῖν, ὡς ἐπὶ τὰ συνήθη τῶν ἔργων ἐγείρεσθαι, πάλιν ὁ Αἴλουρος αἰτίαν ἐπέφερεν, ὡς ἀσεβὴς εἴη περὶ τὴν φύσιν, μητρὶ καὶ ἀδελφαῖς συμμιγνύμενος. τοῦ δὲ καὶ τοῦτο πρὸς ὠφέλειαν τῶν δεσποτῶν πράττειν φήσαντος, πολλῶν αὐτοῖς ἐντεῦθεν ὠῶν τικτομένων, ὁ Αἴλουρος εἰπὼν, ἀλλ' εἰ σύ γε πολλῶν εὐπορεῖς εὐπροσώπων ἀπολογιῶν, ἔγωγε μέντοι ἄτροφος οὐ μενῶ, τοῦτον κατεθοινήσατο.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἡ πονηρὰ

plum, dicendo inquietum esse homin:b. nocte clamantem, neque permittentem somno frui. Eo verò respondente ad illorum vtilitatem id se facere, vt ad consueta opera excitarentur, rursus Felis causam afferebat: quòd impius esset erga naturã, cum matre ac sororibus coeundo Eo autem & hoc ad vtilitatem dominorũ facere dicente, quũ multa ipsis hinc oua pariantur, Felis præfatus, Sed si tu multis abundas euidentibus responsionibus, ego tamen ieiunus non perstabo, ipsum deuorauit.

AFFABVLATIO.

Fabula significat prauam

natu-

turam peccare volentem, si non verisimili eum pretextu facere id possit, apertè tamen malignans.

νηρὰ φύσις πλημμελεῖν αἱρουμένη εἰ μὴ μετ' εὐλόγου δυνηθείη προσχήματος, ἀποκαλύπτως γε μὴν πονηρεύεται.

Vulpes. 7

VVlpes laqueo capta, quum abscissa cauda euasisset, non viuendam præ pudore existimabat vitam. Decreuit itaque & aliis Vulpibus hoc itidem persuadere, vt communi malo suum celaret dedecus. Etiam omnibus collectis, suadebat caudas abscindere, quòd non indecens solùm hoc membrũ sit, sed & superuacuum onus appensum. Respondens autem ex ipsis quædam ait: Heus tu, nisi tibi hoc cõduceret nobis non consuleres.

AFFABVLATIO.

Fabula significare videtur, prauos homines non beneuolẽtia in propinquos consulere, sed propter suam ipsorum vtilitatem.

Αλώπεκες.

ΑΛώπηξ ἐν παγίδι ληφθεῖσα, καὶ ἀποκοπείσης τῆς οὐρᾶς διαδρᾶσα, ἀβίωτον ὑπ' αἰσχύνης ἡγεῖτο τὸν βίον. ἔγνω οὖν καὶ τὰς ἄλλας Αλώπεκας τοῦτ' αὐτὸ νουθετῆσαι ὡς ἂν τῷ κοινῷ πάθει τὸ ἴδιον συγκαλύψειεν αἶσχος. καὶ δὴ πάσας ἀθροίσασα, παρῄνει τὰς οὐρὰς ἀποκόπτειν, ὡς οὐκ ἀπρεπὲς μόνον τοῦτο τὸ μέλος ὄν, ἀλλὰ καὶ περιττὸν βάρος προσηρτημένον. ὑπολαβοῦσα δέ τις αὐτῶν, εἶπεν, ὦ αὕτη, ἀλλ' εἰ οὐ σοὶ τοῦτο προσέφερεν, οὐκ ἂν ἡμῖν αὐτὸ συνεβούλευες.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων οὐ δι' εὔνοιαν τὰς πρὸς τοὺς πέλας ποιοῦνται συμβουλίας, διὰ δὲ τὸ αὐτοῖς συμφέρον.

Vulpes & Rubus. 8

Αλώπηξ καὶ Βάτος.

Αλώπηξ φραγμὸν ἀναβαίνουσα, ἐπεὶ δὴ ὀλισθήσασα καταπίπτειν ἔμελλεν, ἐπελάβετο πρὸς βοήθειαν βάτου καὶ δὴ τοὺς πόδας ἐπὶ τοῖς ἐκείνης κέντροις ἀμύξασα καὶ ἀλγήσασα, πρὸς αὐτὴν εἶπεν, οἴμοι, καταφυγοῦσαν με γὰρ ἐπί σε, ὡς ἐπὶ βοηθὸν, σὺ χεῖρον διέθηκας. ἀλλ' ἐσφάλης, ὦ αὕτη, φησὶν ἡ Βάτος, ἐμοῦ βουληθεῖσα ἐπιλαβέσθαι, ἥτις πάντων ἐπιλαμβάνεσθαι εἴωθα.

Επιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτως καὶ τῶν ἀνθρώπων μάταιοι, ὅσοι βοηθοῖς προστρέχουσιν, οἷς τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἔμφυτον.

VVlpes sæpe conscensa, quum lapsa casura foret, apprehendit in adiutorium Rubum. Quãobrem quum pedibus suis illius aculeis laceratis doleret, ad eam dixit. Hei mihi, confugi enim ad te tanquã ad auxiliatorem, sed tu peius me tractasti. Sed errasti, heus tu, inquit Rubus, quæ me apprehendere voluisti, qui omnes apprehẽdere soleo.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, sic & homines esse stultos, qui ad eos auxilii gratia accurrunt quibus magis iniuria afficere natura insitum est.

Ἀλώπηξ καὶ Κροκόδειλος.

Αλώπηξ καὶ Κροκόδειλος ἠμφισβήτουν περὶ εὐγενείας. Πολλὰ δὲ τοῦ Κροκοδείλου ὑπερήφανα περὶ τῆς τῶν προγόνων διεξιόντος λαμπρότητος, ὡς γεγυμνασιαρχηκότων, ἡ ἀλώπηξ ὑπολαβοῦσα, ὦ τᾶν, εἶπεν. ἀλλὰ κἂν μὴ λέγῃς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ δέρματος δὲ φαίνῃ ὡς οὐκ πα-

λαιῶν

VVLPES ET Crocodilus. 9

VVlpes & Crocodilus contendebãt de nobilitate. Quum multa autem Crocodilus superba de progenitorum narrasset splendore, quòd exercitationum principes fuerint, Vulpes respondens, O amicissime, ait, sed si ipse nihil dicas, tamen ex cute videris quàm anti-

quis

quis temporibus sis exercitatus.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, mẽdaces viros res ipsas arguere.

λαιῶν ἐτῶν εἶ γεγυμνασμένος.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τῶν ψευδομένων ἀνδρῶν ἔλεγχος τὰ πράγματα γίνεται.

Galli & Perdix. 10

Ἀλεκτρυόνες καὶ Πέρδιξ.



GAllos quidam habẽs domi, emptam quoq; Perdicem cum illis pasci dimisit: qui quum ipsam verberarent ac expellerẽt, illa tristabatur valde, existimans vt alienigenam hæc se pati à Gallis. Quũ verò paulò post & illos videret pugnare, & seipsos cædere, mœrore soluta, ait, Sed quidem posthac non

ΑΛεκτρυόνας τις ἔχων ἐπὶ τῆς οἰκίας, πριάμενος καὶ Πέρδικα σὺν ἐκείνοις ἀφῆκε νέμεσθαι. τῶν δὲ τυπτόντων αὐτὸν καὶ ἀπελαυνόντων ἐκεῖνος ἠθύμει σφόδρα νομίζων ὡς ἀλλόφυλος ταῦτα πάσχειν ὑπὸ τῶν Ἀλεκτρυόνων. ὡς δὲ κατὰ μικρὸν κἀκείνους ἑώρακε μαχομένους καὶ ἀλλήλους κόπτοντας, τῆς λύπης ἀπολυθεὶς εἶπεν, ἀλλ' ἔγωγε ἀπὸ τοῦ νῦν

τῶν νῦν οὐ λυπήσομαι, ὁρῶν καὶ αὐτοὺς μαχομένους ἀλλήλοις.

Ἐπιμύθιον.


Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ φρόνιμοι ῥᾳδίως φέρουσι τὰς παρὰ τῶν ἀλλοτρίων ὕβρεις, ὅταν αὐτοὺς ἴδωσι μηδὲ τῶν οἰκείων ἀπεχομένους.

non triſtabor, videns & ipſos pugnare inter ſe.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, quod prudentes facile ferant ab alienis iniurias, quum ipſos videant neque à ſuis abſtinere.

Ἀλώπηξ. Vulpes. 11



Ἀλώπηξ εἰς οἰκίαν ἐλθοῦσα ὑποκριτοῦ, καὶ ἕκαστα τῶν αὐτοῦ σκευῶν διερευνωμένη, εὗρε καὶ κεφαλὴν μορμολυκίου εὐφυῶς κατεσκευασμένην, ἣν καὶ ἀναλαβοῦσα ταῖς χερσὶν ἔφη, ὦ οἵα κεφαλὴ, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει.

Vlpes in domum mimi profecta, & ſingula ipſius vaſa perſcrutata, inuenit & caput laruæ ingenioſe fabricatum, quo & accepto manibus ait, O quale caput, & cerebrum non habet.

Επι- Affa-

AFFABVLATIO.

Fabula in viros magnificos quidem corpore, sed animo inconsultos.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρας μεγαλοπρεπεῖς μὲν τῷ σώματι, κατὰ δὲ ψυχὴν ἀλογίστους.

CARBONARIVS & Fullo. 12

Ἀνθρακεὺς καὶ Γναφεύς.



CArbonarius in quadam habitans domo, rogabat, vt & Fullo accederet, & secum cohabitaret. Fullo autem respondens ait, Sed non hoc possem ego facere, timeo n. ne quæ ego dealbo, tu fuligine repleas.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, omne dissimile esse insotiabile.

ANθρακεὺς ἐπί τινος οἰκῶν οἰκίας ἠξίου καὶ Γναφέα παραγενόμενον αὐτῷ συνοικῆσαι. ὁ δὲ Γναφεὺς ὑπολαβὼν ἔφη, ἀλλ' οὐκ ἂν τοῦτο δυναίμην ἔγωγε πρᾶξαι. δέδια γὰρ, μή πως, ἅπερ ἐγὼ λευκαίνω, αὐτὸς ἀσβόλης πληρώσῃς.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πᾶν τὸ ἀνόμοιον ἀκοινώνητον.

Piscato-

Ἁλιεῖς

Ἁλιεῖς. Piscatores. 13



Ἁλιεῖς εἷλκον σαγήνην, βαρείας δὲ αὐτῆς οὔσης, ἔχαιρον καὶ ἐσκίρτων, πολλὴν εἶναι τὴν ἄγραν νομίζοντες. ὡς δ' ἐπὶ τῆς ἠιόνος ταύτην ἑλκύσαντες, τῶν μὲν ἰχθύων εὗρον ὀλίγους, λίθον δ' ἐν αὐτῇ παμμεγέτη, ἀθυμεῖν ἤρξαντο καὶ ἀλύειν, οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τῇ τῶν ἰχθύων ὀλιγότητι, ὅσον ὅτι καὶ τἀναντία προϋπειλήφασιν. εἷς δέ τις ἐν αὐτοῖς πρεσβύτερος εἶπε, μὴ ἀχθώμεθα, ὦ ἑταῖροι. τῇ γὰρ ἡδονῇ, ὡς ἔοικεν, ἀδελφή ἐστιν ἡ λύπη, καὶ ἡμᾶς

Piscatores trahebant verriculum, quod quũ graue foret, gaudebant & exultabãt, multum inesse prædæ existimantes, sed quum in littus ipsum traxissent, piscesque paucos quidem, sed lapidem in eo permagnum inuenissent, tristari & mœrere cœperunt non tam pisciũ paucitate, quàm quod & contraria ante animo p̃sumpserant. Quidam autem inter eos natu grandior dixit, Ne tristemur, ô socii tam voluptati, vt videtur, soror est tristitia: & nos igitur

igitur oportebat tantum ante lætatos omnino aliqua in re etiam tristari.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, non oportere tristari frustrata spe.

μᾶς οὐκ ἔδει τοσοῦτα προσηδυνθέντας, πάντως τι καὶ λυπηθῆναι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐ δεῖ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀποτυχίαις.

Iactator. 14 Κομπαστής.



VIr quidam peregrinatus, deinde in suam patriam reuersus, aliaque multa in diuersis viriliter gessisse locis iactabat, atque etiam Rhodi saltasse saltum, quem nullus eius loci potuerit saltare: ad hoc & testes qui ibi interfuerunt dicebat se habere. Quidã autem ex iis qui aderant respon-

ἈΝήρ τις ἀποδημήσας, εἶτα δὲ πάλιν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γῆν ἐπανελθών, ἄλλα τε πολλὰ ἐν διαφόροις ἀνδραγαθηκέναι χώραις ἐκόμπαζε, καὶ δὴ καὶ ἐν τῇ Ῥόδῳ πεπηδηκέναι πήδημα, οἷον οὐδεὶς τῶν ἐπ' αὐτοῦ δυνατὸς ἂν εἴη πηδῆσαι. πρὸς τοῦτο δὲ καὶ μάρτυρας τοὺς ἐκεῖ παρόντας ἔλεγεν ἔχειν. τῶν δὲ παρόντων τις ὑπολαβών, ἔφη.

φη, ὦ οὗτος εἰ ἀληθὲς τοῦτ' ἐστιν, οὐδὲν δεῖ σοι μαρτύρων· ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ καὶ τὸ πήδημα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἐὰν μὴ πρόχειρος ἡ τοῦ πράγματος ἀπόδειξις ᾖ, πᾶς λόγος περιττός ἐστιν.

spondens, ait, Heus tu, si verùm hoc est, non est tibi opus testibus: En Rhodus, en & saltus.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nisi prompta rei demonstratio sit, omnem sermonem vanum esse & superuacuum.

Ἀδύνατα ἐπαγγελλόμενος.

Impossibilia promittens. 15



ΑΝὴρ πένης νοσῶν καὶ κακῶς διακείμενος, ἐπειδὴ πρὸς τῶν ἰατρῶν ἀπεγνώσθη, τῶν θεῶν ἐδέετο, ὡς εἰ τὴν ὑγίειαν αὐτῷ πάλιν ἐπανελθεῖν ποιήσειαν, ἑκατὸν βόας αὐτοῖς προσοίσειν ὑπισχνούμενος εἰς θυσίαν. τὸ δὲ

VIr pauper ægrotans & malè affectus, quū à medicis desperatus esset deos rogabat, pollicens si sanitatem sibi rursus restituissent, centum boues ipsis oblaturum esse in sacrificium.

Vxore autem eius rogante, Et vbi tibi hæc si conualueris? Ille ait, Putas enim surgere me hinc, vt dii hæc a me repetant?

τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ πυθομένης, καὶ ποῦ σοι ταῦτα ἢν ὑγιαίνῃς; ἐκεῖνος ἔφη, οἴει γὰρ ἀναστῆναί με ἐντεῦθεν ἵν᾽ οἱ θεοὶ ταῦτά με ἀπαιτήσωσιν;

AFFABVLATIO.

Fabula significat, multos facile polliceri, quæ re comprobare non sperent.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ ῥᾳδίως κατεπαγγέλλονται, ἃ ἀποτελέσαι ἔργῳ προσδοκῶσιν.

Malignus. 16 Κακοπράγμων.



VIr malignus ad eum, qui in Delphis est, iuit Apollinem tentaturus ipsum. Atque ideo comprehenso passerculo manu, & eo veste contecto,

ἈΝὴρ κακοπράγμων εἰς τὸν ἐν Δελφοῖς ἧκεν Ἀπόλλωνα, πειρᾶσαι τοῦτον βουλόμενος. καὶ δὴ λαβὼν στρουθίον ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τοῦτο τῇ ἐσθῆτι σκεπά-

σας

σας, ἔστη τε τοῦ τρίποδος ἔγγιστα, καὶ ἤρετο τὸν θεὸν λέγων, Ἄπολλον, ὃν μετὰ χεῖρας φέρω, πότερον ἔμπνουν ἐστὶν, ἢ ἄπνουν; βουλόμενος ὡς εἰ μὲν ἄπνουν εἴποι, ζῶν ἀναδεῖξαι τὸ στρουθίον· εἰ δὲ ἔμπνουν, εὐθὺς ἀποπνίξας νεκρὸν ἐκεῖνο προσενεγκεῖν. ὁ δέ γε θεὸς τὴν κακότεχνον αὐτοῦ γνοὺς ἐπίνοιαν, εἶπεν, ὁπότερον, ὦ οὗτος, βούλῃ ποίησον. παρὰ σοὶ κεῖται γὰρ τοῦτο πρᾶξαι, ἤτοι ζῶν ὃ κατέχεις, ἢ νεκρὸν ἀποδεῖξαι.

cto, stetitque proximè tripodem, ac rogauit Deum, dicendo, O Apollo, quod manibus fero, vtrum viuum est an mortuum? nam si mortuum diceret, viuum ostensurus erat passerculum: sin viuum, statim suffocatum mortuum illum offerret. Sed Deus maligna ipsiu cognita mente, ait. Vtrum vis, heus tu facere, facito: penes te enim est illud facere, siue viuum quod contines, siue mortuum ostendere.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὸ θεῖον ἀπαραλόγιστον καὶ ἀλάθητον.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, Deum neque decipi posse, neq; quicquam eum latere

---

Ἁλιεῖς.

Ἁλιεῖς ἐξελθόντες εἰς ἄγραν, ἐπειδὴ πολὺν χρόνον ταλαιπωρήσαντες οὐδὲν εἷλον, σφόδρα τε ἐθύμουν, καὶ ἀναχωρῆσαι παρεσκευάζοντο· εὐθὺς δὲ θύννος ὑπό τινος μεγίστου διωκόμενος ἰχθύων εἰς τὸ πλοῖον αὐτῶν εἰσήλατο. οἱ δὲ τοῦτον

λαβόν-

Piscatores. 17

Piscatores egressi ad venationē, quum multo tempore defatigati nihil cepissent, & admodum tristabantur, & discedere apparabant. sed statim Thunnus maximo quodam insectante pisce, in nauigium ipsorum insiliit:



ſinum : quo capto , læti abiere.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat , ſæpe quæ ars non præbuit , ea donaſſe fortunam.

λαβόντες, μεθ' ἡδονῆς ἀνεχώρησαν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλάκις ἃ μὴ τέχνη παρέχει, ταῦτα τύχη ἐδωρήσατο.

Deceptor. 18

VIr pauper ægrotans vouebat diis ſi euaderet boues centum in ſacrificium oblaturũ ſed dei tentaturi, hoc à morbo liberarunt. At ille ſurgens, quoniam bobus carebat , ex paſta boues centum à ſe formatos in ara poſitos ſacrificauit.ſed dei ipſum vlturi in ſomniis adfuerunt ei, dicentes:

Φέναξ.

ΑΝὴρ πένης νοσῶν, ηὔξατο τοῖς θεοῖς εἰ διασωθείη βοῦς ἑκατὸν εἰς θυσίαν προσοίσειν. οἱ δὲ θεοὶ πειρᾶσαι τοῦτον βουλόμενοι, τοῦ πάθους ἀπήλλαξαν. ὁ δὲ ἀναστάς, ἐπειδὴ βοῶν ἠπόρει, στεατίνους βοῦς ἑκατὸν πλάσας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ θεὶς ὡλοκαύτωσεν· οἱ δὲ θεοὶ βουλόμενοι αὐτὸν ἀμύνασθαι, ὄναρ ἐπιστάντες αὐτῷ, εἶπον ἄπελθε εἰς τὸν

εἰς τὸν αἰγιαλὸν εἰς τόνδε τὸν τόπον. ἐκεῖ δὲ Ἀττικὰς χιλίας εὑρήσεις. ἐκεῖνος δὲ διυπνισθεὶς σὺν ἡδονῇ καὶ σπουδῇ πρὸς τὸν ὑποδειχθέντα τόπον ἀφίκετο τὸ χρυσίον διερευνῶν. ἐκεῖ δὲ δὴ πειραταῖς περιτυχὼν, ὑπ' αὐτῶν συνειλήφθη. ἁλοὺς δὲ ἤδη ἀφεθῆναι τῶν πειρατῶν ἐδεῖτο, χίλια χρυσίου τάλαντα δώσειν αὐτοῖς ὑπισχνούμενος, ὡς δ' οὐκ ἐπιστεύετο, ἀπαχθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἀπεμπωλήθη χιλίων δραχμῶν.

tes: Abi ad littus ad eum locum; illic enim Atticas mille drachmas inuenies. Ille autem excitatus, lætus & alacer ad demonstratũ locum perrexit, aurum disquirens. Sed illic in piratas incidit, ab ipsisque comprehensus est. Captus ergo vt dimitteretur piratas orabat, mille auri talenta daturum ipsis promittens. Sed quum non crederetur, abactus ab ipsis, diuenditus est mille drachmis.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοῖς ψεύδεσι τῶν ἀνθρώπων ἐχθραίνει τὸ θεῖον.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, mendaciis hominum inimicum esse Deum.

Βάτραχοι.

Βάτραχοι δύο ἐν λίμνῃ ἐνέμοντο, θέρους δὲ ξηρανθείσης τῆς λίμνης, ἐκείνην καταλιπόντες ἐπεζήτουν ἑτέραν. καὶ δὴ βαθεῖ περιέτυχον φρέατι, ὅπερ ἰδὼν ἕτερος θατέρῳ φησὶ, συγκατέλθωμεν, ὦ οὗτος, εἰς τόδε τὸ φρέαρ. ὁ δὲ ὑπολαβὼν εἶπεν. ἂν οὖν καὶ τὸ ἐνθάδε ὕδωρ ξηρανθῇ, πῶς ἀναβησόμεθα;

Ἐπιμύθιον.

Ranæ. 19

RAnæ duæ in palude pascebantur, æstate autem siccata palude, illa derelicta quærebant aliam: cæterùm profundum inuenerunt puteum. Quo viso altera alteri inquit, Descendamus, heus tu, in hunc puteum. Illa respondens ait, Si igitur & hic aqua aruerit, quomodo ascendemus?

AFFABVLATIO.

Ὁ μῦθος

Fabu-

Fabula declarat, non oportere inconsiderate res aggredi.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐ δεῖ ἀπερισκέπτως προσιέναι τοῖς πράγμασιν.

Senex & Mors. 20 Γέρων καὶ Θάνατος.



SEnex quondam incisis in monte lignis, ac in humeros eleuatis, vbi multam viam oneratus iuit, defessus & deposuit ligna, & mortem vt veniret inuocabat. At morte ilico adstante & causam rogante qua se vocasset, senex ait, Vt onus hoc sublatum imponeres mihi.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, omnem hominem vitæ studiosum esse, &

ΓΕρων ποτὲ ξύλα τεμὼν ἐξ ὄρους, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἀράμενος, ἐπειδὴ πολλὴν ὁδὸν ὀπηχθισμένος ἐβάδισεν, ἀπειρηκὼς ἀπέθετό τε τὰ ξύλα, καὶ τὸν θάνατον ἐλθεῖν ἐπεκαλεῖτο. τοῦ δὲ θανάτου εὐθὺς ἐπιστάντος, καὶ τὴν αἰτίαν πυνθανομένου δι᾽ ἣν αὐτὸν καλοίη, ὁ γέρων ἔφη, ἵνα τὸ φόρτον τοῦτον ἄρας ἐπιθῆς μοι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος φιλόζωος ὤν, κἂν

κἂν μυρίοις κινδύνοις περιπεσὼν δοκῇ θάνατον ἐπιθυμεῖν, ὅμως τὸ ζῆν πολὺ πρὸ τοῦ θανάτου αἱρεῖται.

se, & licet infinitis periculis immersus videatur mortem appetere, tamen viuere multò magis quàm mori eligere.

Γραῦς καὶ Ἰατρός.

Γυνὴ γραῦς ἀλγοῦσα τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἰσκαλεῖται τινὰ τῶν ἰατρῶν ἐπὶ μισθῷ, συμφωνήσασα, ὡς εἰ μὲν θεραπεύσειεν αὐτὴν, τὸν ὁμολογηθέντα μισθὸν αὐτῷ δώσειν. εἰ δὲ μὴ, μηδὲν δώσειν. ἐνεχείρησε μὲν οὖν ὁ ἰατρὸς τῇ θεραπείᾳ, καθ' ἡμέραν δὲ φοιτῶν ὡς τὴν πρεσβῦτιν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῇ χρίων, ἐκείνης μηδαμῶς ἀναβλέπειν ἐχούσης τὴν ὥραν ἐκείνην ὑπὸ τοῦ χρίσματος, αὐτὸς ἕν τι τῶν τῆς οἰκίας σκευῶν ὑφαιρούμενος ὁσημέραι ἀπῄει. ἡ μὲν οὖν γραῦς τὴν ἑαυτῆς περιουσίαν ἑώρα καθ' ἑκάστην ἐλαττουμένην ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ τέλος παντάπασιν αὐτῇ θεραπευθείσῃ μηδὲν ὑπολειφθῆναι. τοῦ δ' ἰατροῦ τοὺς συμφωνηθέντας μισθοὺς αὐτὴν ἀπαιτοῦντος, ὡς καθαρῶς βλεπούσης ἤδη, καὶ τοὺς μάρτυρας παράγοντος, μᾶλλον μὲν οὖν, εἶπεν ἐκείνη, τανῦν οὐδὲν βλέπω. ἡνίκα μὲν γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνόσουν, πολλὰ τῶν ἐμῶν

Anus & Medicus. 21

MVlier anus dolens oculos, cõduxit Medicum quendam mercede, conuentione facta, si se curaret, pactam mercedem ei daturam: sin autem minimè, nihil daturam. Aggressus est igitur Medicus curam: quotidie verò accedens ad vetulã, & oculos ei vngens, quum illa nequaquam videre posset ea hora ob vnctionem, ipse vas aliquod ex domo auferens quotidie discedebat. Anus igitur suam supellectilem videbat singulis diebus minui adeò, vt tandem omnino sanatæ nihil relinqueretur. At Medicus quũ iam pactam pecuniam ab ea efflagitaret, vt quæ purè iam videret, & testes adduceret, Magis certè, ait illa, nunc nihil video. Nam quum oculis laborabam, multa mea in mea videbam domo: nunc au-

tem quum me tu videre inquis, nihil omnino ex illis video.

ἐμῶν κατὰ τὴν ἐμαυτῆς ἔβλεπον οἰκίαν· νῦν δ' ὅτε με σὺ βλέπειν φῂς, οὐδὲ τιοῦν ἐκείνων ὁρῶ.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, prauos homines ex iis quæ agant, ignaros contra seipsos argumentum afferre.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων ἐξ ὧν πράττουσι, λανθάνουσι καθ' ἑαυτῶν τὸν ἔλεγχον ἐπισπώμενοι.

Agricola & filii ipsius. 22

Γεωργὸς καὶ Παῖδες αὐτοῦ.



AGricola quidam vita excessurus, ac volens suos filios periculum facere de agricultura, vocatis ipsis ait, Filii mei, ego iam è vita discedo, vos autem si quæ in vinea à me occultata sunt, quæsieritis, inuenietis omnia.

ΓΕωργός τις μέλλων καταλύειν τὸν βίον, καὶ βουλόμενος τοὺς ἑαυτοῦ Παῖδας πεῖραν λαβεῖν τῆς γεωργίας, προσκαλεσάμενος αὐτοὺς ἔφη, παῖδες ἐμοὶ ἐγὼ μὲν ἤδη τὸν βίον ὑπέξειμι, ὑμεῖς δ' ἅπερ ἐν τῇ ἀμπέλῳ μοι κέκρυπται ζητήσαντες, εὑρή-

σετε

ἔστι πάντα. οἱ μὲν οὖν οἰηθέντες θησαυρὸν ἐκεῖ που κατορωρύχθαι, πᾶσαν τὴν τῆς ἀμπέλου γῆν μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ πατρὸς κατέσκαψαν, καὶ θησαυρῷ μὲν οὐ περιέτυχον, ἡ δὲ ἄμπελος καλῶς σκαφεῖσα, πολλαπλασίονα τὸν καρπὸν ἀνέδωκεν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὁ κάματος θησαυρός ἐστι τοῖς ἀνθρώποις.

mnia. Illi igitur rati thesaurum illic defossum esse? omnem vineæ terram post interitum patris foderunt, & thesaurum quidem non inuenerunt, sed vinea pulchrè fossa, multiplice fructum reddidit.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, laborem thesaurum esse hominibus.

Δεσπότης καὶ Κύνες. Herus & Canes. 23



Ἀνήρ τις ὑπὸ χειμῶνος ἐν τῷ αὐτοῦ προαστείῳ ἀποληφθεὶς, πρῶτα μὲν τὰ πρόβατα κατέφαγεν, εἶτα τὰς αἶγας. τοῦ δὲ χειμῶνος

Vir quidam a tempestate in suo suburbio deprehensus, primũ oueis comedit, dehinc capras. Tempestate autem

tem inualeſcente, & operarios boues iugulatos comedit. Canes verò his viſis, dixerunt inter ſe, Sed fugiamus nos hinc. Si enim operariis bobus herus noſter non abſtinet, quomodo nobis abſtinebit?

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat eos maximè fugere & cauere oportere, qui ne ſuis quidem abſtinent.

μῶνος ἐπικρατοῦντος, καὶ τοὺς ἐργάτας βοῦς σφάξας ἐθοινήσατο. οἱ δὲ Κύνες ταῦτα ἰδόντες, διελέχθησαν πρὸς ἀλλήλους, φύγωμεν ἀλλ' ἡμεῖς γε ἐντεῦθεν. εἰ γὰρ τῶν ἐργατῶν βοῶν ὁ δεσπότης ἡμῶν οὐκ ἐφείσατο, πῶς ἡμῶν φείσεται.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι τούτους μάλιστα, φύγειν καὶ φυλάττεσθαι, χρὴ, οἱ τινες οὐδὲ τῶν οἰκείων ἀπέχονται.

Mulier & Gallina. 24

Γυνὴ καὶ Ορνις.



MVlier quędam vidua Gallinam habebat, ſingulis diebus ouum ſibi pari-

Γυνὴ χήρα τὶς ὄρνιν εἶχεν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ᾠὸν αὐτῇ τίκτουσαν. νομίσασα δὲ ὡς εἰ

ὡς εἰ πλείους τῇ Ὄρνιθι κριθὰς παραβάλλοι, δὶς τέξεται τῆς ἡμέρας, τοῦτο πεποίηκεν. ἡ δ᾽ Ὄρνις πιμελὴς γενομένη οὐδ᾽ ἅπαξ τῆς ἡμέρας τεκεῖν ἠδύνατο.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ διὰ πλεονεξίαν τῶν πλειόνων ἐπιθυμοῦντες, καὶ τὰ παρόντα ἀποβάλλουσι.

parientem: rata verò si plus Gallinæ hordei proiiceret, bis parituram die, hoc fecit. Sed Gallina pinguefacta, ne semel quidē die parere potuit.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, eos qui ob auaritiam plurium sunt appetentes, & quæ adsunt amittere.

Κυνόδηκτος.

Morsus à cane. 25



ΔΗχθείς τις ὑπὸ κυνὸς, τὸν ἰασόμενον περιῄει ζητῶν. ἐντυχὼν δέ τις αὐτῷ, καὶ γνοὺς ὃ ζητεῖ, ὦ οὗτος, εἶπεν, εἰ σώζεσθαι βούλει, λαβὼν ἄρτον καὶ τούτῳ τὸ αἷμα τῆς πληγῆς

MOrsus à cane quidam medicaturum circuibat quærēs. Quum autem occurrisset quidā ei, & cognosceret quod quærebat, Heus tu, ait, si lana-

sanari vis, accipe panem, atque eo sanguinem vulneris sicca, & ei qui momordit cani ad edendum da, & is ridendo, ait, Sed si hoc fecero, oportebit me ab omnibus qui in vrbe sunt canibus morderi.

γῆς ἐκμάξας, τῷ δακόντι κυνὶ φαγεῖν ἐπίδος. κακεῖνος γελάσας, ἔφη, ἀλλ' εἰ τοῦτο ποιήσω, δεῖ με ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυνῶν δηχθῆναι.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, prauos etiam homines beneficio affectos, magis ad inferendam iniuriam exacui.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ πονηροὶ εὐεργετούμενοι, μᾶλλον ἀδικεῖν παροξύνονται.

Adolescentuli & Cocus. 26

Νεανίσκοι καὶ Μάγειρος.



DVo adolescentuli iuxta Cocū assidebant, & Coco in aliquo domestico opere occupato, alter

Δύο νεανίσκοι μαγείρῳ παρεκάθηντο καὶ δὴ τοῦ Μαγείρου περί τι τῶν οἰκείων ἔργων ἀσχολουμένου, ἅτερος τούτων

των μέρος τι τῶν κρεῶν ὑφελόμενον εἰς τὸν θατέρου καθῆκε κόλπον. ἐπιστραφέντος δὲ τοῦ Μαγείρου, καὶ τὸ κρέας ἐπιζητοῦντος, ὁ μὲν εἰληφὼς ὤμνυε μὴ ἔχειν, ὁ δὲ ἔχων, μὴ εἰληφέναι. ὁ δὲ Μάγειρος αἰσθόμενος τὴν κακουργίαν αὐτῶν, εἶπεν, ἀλλὰ κἂν ἐμὲ λάθητε, τὸν γ' ἐπιορκούμενον Θεὸν ἄκρων λήσεσθε.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι κἂν ἀνθρώπους ἐπιορκοῦντες λάθωμεν, ἀλλὰ τόν γε Θεὸν οὐ λήσομεν.

ter hotum partem quandam carnium subreptam in alterius demisit sinum. Conuerso autem Coco, & carnem quærente, qui abstulerat iurabat non habere: qui autem habebat, non abstulisse. Cocus verò cognita malitia ipsorum, ait, Sed etsi me latueritis, peieratum Deum non latebitis.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, quòd licet homines peierantes lateamus, Deum tamen non latebimus.

Ἐχθροί. Inimici. 27



Δύο Duo

DVo quidam inter se inimici, in eadem naui nauigabant: quorum alter in puppi, alter in prora sedebat: Tempestate autem superueniente, & naue iam submergenda, qui erat in puppi gubernatorem rogabat, vtra pars nauigii prius obruenda esset. Quumque ille proram dixisset, Sed mihi non est graue, ait, mori, si visurus sum antè me inimicum morientem.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, multos homines nihil suum nocumentum curare, si modò inimicos suos videant ante se malo affectos.

Δύο τινὲς ἀλλήλοις ἐχθραίνοντες ἐπὶ τῆς αὐτῆς νεὼς ἔπλεον· ὧν ἕτερος μὲν ἐπὶ τῆς πρύμνης, ἕτερος δὲ ἐπὶ τῆς πρώρας ἐκάθητο· χειμῶνος δὲ ἐπιγινομένου, καὶ τῆς νεὼς μελλούσης ἤδη καταποντίζεσθαι, ὁ ἐπὶ τῆς πρύμνης τὸν κυβερνήτην ἤρετο, πότερον τῶν μερῶν τοῦ πλοίου πρότερον μέλλει καταβαπτίζεσθαι. τοῦ δὲ τὴν πρώραν εἰπόντος, ἀλλ' ἔμοιγε οὐκ ἔστι λυπηρὸν, εἶπεν ὁ θάνατος, εἴγε ὁρᾶν μέλλω πρὸ ἐμοῦ τὸν ἐχθρὸν συνθνήσκοντα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν τῆς ἑαυτῶν βλάβης φροντίζουσιν, εἰ τοὺς ἐχθροὺς μόνον εἴδωσι πρὸ αὐτῶν κακουμένους.

Felis & Mures. 28

IN domo quadã quum multi essent Mures, Felis eo cognito iuit eò ac eorum singulos captos deuorabat. At illi quotidie quum seabsumi viderent, dixerunt inter se, Ne posthac infrà descendamus, ne penitus intereamus. Nam si Felis non potest

Αἴλουρος καὶ Μῦες.

Ἐν οἰκίᾳ τινὶ πολλῶν Μυῶν ὄντων, Αἴλουρος τοῦτο γνοὺς ἧκεν ἐνταῦθα, καὶ καθ' ἕκαστον αὐτῶν συλλαμβάνων κατήσθιεν, οἱ δὲ καθ' ἑκάστην ἑαυτοὺς ἀναλισκομένους ὁρῶντες ἔφασαν πρὸς ἀλλήλους, μηκέτι κάτω κατέλθωμεν, ἵνα μὴ παντάπασιν ἀπολώμεθα. τοῦ γὰρ Αἰλούρου μὴ δυναμένου δεῦρο

δεῦρο ἐξικνεῖσθαι, ἡμεῖς σωθησόμεθα, ὁ δὲ αἴλουρος μηκέτι τῶν Μυῶν κατιόντων, ἔγνω διʼ ἐπινοίας αὐτοὺς σοφιζόμενος ἐκκαλέσασθαι, καὶ δὴ ἀπὸ πασσάλου τινὸς ἑαυτὸν ἀναβὰς ἀπῃώρησε, καὶ προσεποιεῖτο νεκρὸν εἶναι. τῶν δὲ Μυῶν τις παρακύψας, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἔφη, ὦ οὗτος, κἂν θύλαξ γένῃ, οὐ προσελεύσομαί σοι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τῶν ἀνθρώπων οἱ φρόνιμοι, ὅταν τῆς ἐνίων μοχθηρίας πειραθῶσιν, οὐκέτι αὐτῶν ἐξαπατῶνται ταῖς ὑποκρίσεσιν.

test huc venire, nos salui erimus. Sed Felis quum non amplius Mures descenderent, statuit apud se per astutiam eos decipiens euocare. Cæterum quum pessulum quendã conscendisset: de eo se suspendit, & mortuum simulabat. Ex muribus autem quidã acclinatus, visoque eo ait, Heus tu, etsi saccus fieres, nõ te adibo.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, prudentes homines, quum aliquorum prauitatem experti fuerint, non amplius eorum falli simulationibus.

Ἀλώπηξ καὶ Πίθηκος.

Vulpes & Simius. 29



IN concilio quondam irrationabiliū animalium, ſaltauit Simius, & approbatus, Rex ab ipſis electus eſt. Vulpes autem ei inuidens, vt in caſſe quodam carnem vidit, Simium ſecum illuc duxit, quòd inueniſſet ipſa theſaurum illum dicens, non tamen & vti eo: quippe quem lex Regi tribueret: atque hortata eſt ipſum vt regem theſaurū accipere. At ille inconſideratè profectus, & captus à caſſe, vt quæ decepiſſet, accuſabat Vulpem. Illa autem ei, O Simie, quum talem tu habeas dementiam, imperium in bruta tenebis?

Ἐν συνόδῳ ποτὲ τῶν ἀλόγων ζώων ὀρχησάμενος Πίθηκος, καὶ εὐδοκιμήσας, βασιλεὺς ὑπ' αὐτῶν ἐχειροτονήθη. Ἀλώπηξ δ' αὐτῷ φθονήσασα, ὡς ἔν τινι παγίδι κρέας ἐθεάσατο, τὸν Πίθηκον λαβοῦσα ἐνταῦθα ἤγαγεν, ὡς εὕροι μὲν αὐτὴ, λέγουσα, θησαυρὸν τοῦτον, μὴ μέντοι γε χρήσασθαι αὐτῷ· τῷ βασιλεῖ γὰρ τοῦτον ὁ νόμος δίδωσι. καὶ προὐτρέπετο αὐτὸν, ἅτε δὴ βασιλέα, τὸν θησαυρὸν ἀνελέσθαι. ὁ δ' ἀπερισκέπτως προσελθὼν καὶ συλληφθεὶς ὑπὸ τῆς παγίδος, ὡς ἐξαπατήσασαν ἐμέμφετο τὴν Ἀλώπεκα. ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν, ὦ Πίθηκε, τοιαύτην σὺ μωρίαν ἔχων, τῶν ἀλόγων βασιλεύσεις;

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, eos qui actiones aliquas inconſultè aggrediuntur, in infortunia incidere.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ πράξεσί τισιν ἀπερισκέπτως ἐπιχειροῦντες, δυστυχήμασι περιπίπτουσι.

Thunnus & Delphin. 30

THunnus Delphino perſequente, magno impetu ferebatur. Quum capiendus eſſet, inſcius ob

Θύννος καὶ Δελφίν.

Θύννος διωκόμενος ὑπὸ Δελφῖνος, καὶ πολλῷ τῷ ῥοίζῳ φερόμενος, ἐπειδὴ καταλαμβάνεσθαι ἔμελλεν,

λεν, ἐλάθεν ὑπὸ σφοδρᾶς ῥύμης ἐκπεσὼν εἴς τινα νῆσον ὑπὸ δὲ τῆς ὁμοίας ῥύμης καὶ ὁ Δελφὶν αὐτῷ συνεξώκειλεν. ὁ δὲ Θύννος ἐπιστραφεὶς, καὶ λειποψυχοῦντα τὸν Δελφῖνα ἰωρακὼς, εἶπεν, οὐκ ἔτι μοι ὁ θάνατος λυπηρὸς, ὁρῶντι τὸν αἴτιον γεγονότα μοι τούτου, συνέμοι ἀποθνήσκοντα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ῥαδίως τὰς συμφορὰς οἱ ἄνθρωποι φέρουσι, τοὺς τούτων αἰτίους δυστυχοῦντας ὁρῶντες.

ob vehementē impetum decidit in insulam quandam, ab eodem vero impetu & Delphin quum eo eiectus est. Thunnus autem conuersus, quum agentem animam Delphinum vidisset, ait, Non amplius mihi mors molesta est, quum eum videam qui mihi causa fuit ipsius, vnà mecum perire.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, facilè miserias ferre homines, si eos qui illarum auctores fuerūt, infeliciter agere videant.

Ἰατρὸς καὶ Νοσῶν.

Ἰατρὸς νοσοῦντα ἐθεράπευε· τοῦ δὲ νοσοῦντος ἀποθανόντος, ἐκεῖνος πρὸς τοὺς ἐκκομίζοντας ἔλεγεν, οὗτος ὁ ἄνθρωπος, εἰ οἴνου ἀπείχετο, καὶ κλυστῆρσιν ἐχρῆτο, οὐκ ἂν ἐτεθνήκει. τῶν δὲ παρόντων ὑπολαβών τις, ἔφη βέλτιστε, οὐκ ἔδει σε ταῦτα νῦν λέγειν, ὅτε μηδὲν ὄφελός ἐστιν, ἀλλὰ τότε παραινεῖν ὅτε τούτοις χρῆσθαι ἠδύνατο.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ τοὺς φίλους ἐν καιρῷ ἀνάγκης τὰς βοηθείας παρέχειν.

Medicus & ægrotans. 31

MEdicus ægrotū curabat: ægroto autē mortuo, ille efferentibus dicebat, Homo hic si vino abstinuisset, & clysteribus vsus fuisset, nō interiisset. Quidam autem ex iis qui aderant respondēs ait, Optime, non oportebat te hæc nūc dicere quū nulla vtilitas est, sed tūc admonere quū his vti poterat.

AFFABVLATIO.

Fabula significcat, oportere amicos tempore necessitatis præbere auxilia.

Auceps & Vipera. 32 Ἰξευτὴς καὶ Ἔχις.



AVceps viſco accepto & arundinibus aucupatum exiit. Viſo autem turdo ſuper alta arbore ſedente, & arundinib. inter ſe in longitudinem cõiunctis, ſurſum eum comprehenſurus ſuſpiciebat. Cæterum ignarus Viperam dormientem conculcauit. Quõ verò irata momordiſſet ipſum, illeiam agens animam dicebat, Me miſerum, alium enim capturus, ipſe ab alio captus ſum ad mortem.

Ἰξευτὴς ἰξὸν ἀναλαβὼν καὶ καλάμους πρὸς ἄγραν ἐξῆλθεν. ἰδὼν δὲ κίχλαν ἐφ' ὑψηλοῦ δένδρου καθεζομένην, καὶ τοὺς καλάμους ἀλλήλοις ἐπὶ μῆκος συνάψας ἄνω πρὸς αὐτὴν συλλαβεῖν βουλόμενος ἐφεώρα. καὶ δὴ λαθὼν ἔχιν κοιμωμένην ὑπὸ πόδας ἐπάτησε. τῆς δ' ὀργισθείσης καὶ δακούσης αὐτὸν, ἐκεῖνος ἤδη λειποψυχῶν ἔλεγε, δύστηνος ἐγὼ, ἕτερον γὰρ θηρεῦσαι βουλόμενος, αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου ἠγρεύθην εἰς θάνατον.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τοῖς πέλας ἐπιβουλεύοντες, λανθάνουσι πολλάκις ὑφ' ἑτέρων τοῦτ' αὐτὸ πάσχοντες.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, eos qui proximis insidiantur, ignaros sæpe ab aliis id ipsum pati.

Κάστωρ.

Ὁ Κάστωρ ζῷόν ἐστι τετράπουν, ἐν λίμναις τὰ πολλὰ διαιτώμενον, οὗ τὰ αἰδοῖα φασὶν ἰατροῖς χρήσιμα εἶναι. οὗτος οὖν ἐπειδὰν ὑπ' ἀνθρώπων διωκόμενος καταλαμβάνηται, γινώσκων οὗ χάριν διώκεται, ἀποτεμὼν τὰ ἑαυτοῦ αἰδοῖα ῥίπτει πρὸς τοὺς διώκοντας, καὶ οὕτω σωτηρίας τυγχάνει.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω τῶν ἀνθρώπων οἱ φρόνιμοι ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας οὐδένα λόγον τῶν χρημάτων ποιοῦνται.

Fiber. 33

Fiber animal est quadrupes in stagnis plerumq; vitam degens, cuius pudenda dicunt vsui esse medicis. Hic igitur quum ab hominibus persequentibus iam capiendus sit, cognito cuius gratia petatur, abscissa sua pudenda proiicit persequentibus, & sic salutem consequitur.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, eo modo homines prudentes pro sua salute nullum habere respectum pecuniarum.

Κύων καὶ Μάγειρος.

Κύων εἰσπηδήσας εἰς μαγειρεῖον, καὶ τοῦ μαγείρου ἀσχολουμένου, καρδίαν ἁρπάσας ἔφυγεν. ὁ δὲ Μάγειρος ἐπιστραφεὶς, ὡς εἶδεν αὐτὸν φεύγοντα εἶπεν, ὦ οὗτος, ἴσθι ὡς ὅπου-

Canis & Cocus. 34

Canis irrumpens in culinam, & Coco occupato, corde arrepto fugit. At Cocus conuersus, vt vidit ipsum fugientem inquit, Heus tu, scito vbi



vbi fueris me te obſeruaturum: non enim mihi cor abſtuliſti, ſed dediſti potius.

ὡς ὅπουπερ ἂν ᾖς, φυλάξομαί σε· οὐ γὰρ ἀπ' ἐμοῦ καρδίαν εἴληφας, ἀλλ' ἐμοὶ καρδίαν δέδωκας.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, ſæpe nocumenta hominibus documenta fieri.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλάκις τὰ παθήματα τοῖς ἀνθρώποις μαθήματα γίνονται.

Canis & Lupus. 35

CAnis ante ſtabulum quoddam dormiebat: quumque Lupus irrupiſſet, & deuoraturus eum eſſet, rogabat ne tũc ſe mactaret. Nunc enim, inquit, tenuis ſum, & macilentus: ſi autem parumper expectaueris, mei domini facturi ſunt nuptias, & e-

Κύων καὶ Λύκος.

ΚΥων πρὸ ἐπαύλεώς τινος ἐκάθευδε. Λύκου δὲ ἐπιδραμόντος, καὶ βρῶμα μέλλοντος θήσειν αὐτὸν, ἐδεῖτο μὴ νῦν αὐτὸν καταθῦσαι. νῦν μὲν γάρ φησι, λεπτός εἰμι καὶ ἰσχνός. ἂν δὲ μικρὸν ἀναμείνῃς, μέλλουσιν οἱ ἐμοὶ δεσπόται ποιήσειν γάμους, κἀγὼ τηνικαῦτα πολλὰ φαγὼν, πιμελέστερος

λιπαρὸς ἔσομαι, καὶ σοὶ ἡδύτερον βρῶμα γενήσομαι. ὁ μὲν οὖν Λύκος πεισθεὶς ἀπῆλθε. μεθ' ἡμέρας δ' ἐπανελθὼν, εὗρεν ἄνω ἐπὶ τοῦ δώματος τὸν κύνα καθεύδοντα, καὶ στὰς κάτωθεν πρὸς ἑαυτὸν ἐκάλει, ὑπομιμνήσκων αὐτὸν τῶν συνθηκῶν. καὶ ὁ Κύων, ἀλλ', ὦ Λύκε, εἰ τὸ ἀπὸ τοῦδε πρὸ τῆς ἐπαύλεώς με ἴδοις καθεύδοντα, μηκέτι γάμους ἀναμείνῃς.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ φρόνιμοι τῶν ἀνθρώπων, ὅταν περί τι κινδυνεύσαντες σωθῶσι, διὰ βίου τοῦτο φυλάττονται.

& ego tũc multa depastus pinguior ero, & tibi suauior cibus fiam. Lupus igitur persuasus abiit. Post aliquot dies reuersus inuenit superiùs super domus tecto Canem dormientem, & stans inferiùs ad se vocabat, admonẽs eum fœderis. Et canis, At, Lupe, si post hac ante stabulũ me videris dormientẽ, nõ amplius expectes nuptias.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, prudentes homines quum aliqua in re periclitati salui facti fuerint, cauere ab eo quàm diu vixerint.

Κύων καὶ Ἀλεκτρυών.

IN mellarium ingressus quidam domino absente, fauũ abstulit. Hic autem reuersus, vt alueolos vidit inanes, stans quod in his erat perscrutabatur. Apes autem è pastu redeuntes, vt deprehenderunt ipsum, aculeis percutiebant, pessimeq; tractabãt. Hic autem ad eas, ô pessimæ animantes furatum vestros fauos illæsum dimisistis, me verò satagentem vestri percutitis?

AFFABVLATIO.

Fabula significat, sic hominum quosdam per imprudentiam inimicos non cauere, amicos autem vt insidiatores repellere.

Μελιτουργός.

Εἰς μελιτουργεῖόν τις εἰσελθὼν τοῦ κεκτημένου ἀπόντος, τὸ κηρίον ἀφείλετο. ὁ δὲ ἐπανελθὼν, ἐπειδὴ τὰς κυψέλας εἶδεν ἐρήμους, εἱστήκει τὸ κατ' αὐτὰς διερευνώμενος. αἱ δὲ μέλισσαι ἀπὸ τῆς νομῆς ἐπανήκουσαι, ὡς κατέλαβον αὐτὸν, τοῖς κέντροις ἔπαιον, καὶ τὰ χείριστα διετίθουν. ὁ δὲ πρὸς αὐτὰς, κάκιστα ζῶα, τὸν μὲν κλέψαντα ὑμῶν τὰ κηρία ἀθῷον ἀφήκατε, ἐμὲ δὲ τὸν ἐπιμελούμενον ὑμῶν πλήττετε;

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω τῶν ἀνθρώπων τινὲς δι' ἄγνοιαν τοὺς ἐχθροὺς μὴ φυλαττόμενοι, τοὺς φίλους ὡς ἐπιβούλους ἀπωθοῦνται.

Alcedo. 86

ALcedo auis est solitaria, semper in mari vitam degens. Hanc aiunt, hominum venationes

Ἀλκυών.

Ἀλκυὼν ὄρνις ἐστὶ φιλέρημος, ἀεὶ τῇ θαλάττῃ διαιτωμένη. ταύτην λέγεται τὰς τῶν ἀνθρώπων θήρας φυλαττο-

λαττομένην, ἐν σκοπέλοις παραθαλαττίοις νεοττοποιεῖσθαι. καὶ δή ποτε τίκτειν μέλλουσα, ἐνεοττοποιήσατο. ἐξελθούσης δέ ποτε αὐτῆς εἰς νομήν, συνέβη τὴν θάλασσαν ὑπὸ λάβρου κυματωθεῖσαν πνεύματος, ὑπερελθοῦσαν τῆς καλιᾶς, καὶ ταύτην ἐπικλύσασαν τοὺς νεοττοὺς διαφθεῖραι. ἡ δ᾽ ἐπανελθοῦσα, καὶ γνοῦσα τὸ πραχθέν, εἶπε, δειλαία ἔγωγε. ἥτις τὴν γῆν ὡς ἐπίβουλον φυλαττομένη, ἐπὶ ταύτην κατέφυγον, ἥ μοι πολλῷ γέγονεν ἀπιστοτέρα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι τοὺς ἐχθροὺς φυλαττόμενοι, λανθάνουσι πολλῷ χαλεπωτέροις τῶν ἐχθρῶν φίλοις ἐμπίπτοντες.

nes cauentem, in ſcopulis maritimis nidum ædificare. Cæterùm aliquando paritura, nidum fecit. Egreſſa autem ea ad pabulum, euenit mare à vehementi concitatum vento eleuari ſupra nidum, atque hoc ſubmerſo, pullos perdere. Hæc reuerſa, re cognita, ait, Me miſeram, quæ terram vt inſidiatricem cauens, ad hoc confugi, quod mihi longè eſt infidius.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, homines etiam quoſdam ab inimicis cauendo, ignaros in multo grauiores inimicis amicos incidere.

Ἁλιεύς.

Ἁλιεὺς ἔν τινι ποταμῷ ἡλίευεν. διατείνας δὲ τὰ δίκτυα καὶ τὸν ῥεῦμα περιλαβών, ἑκατέρωθεν καλωδίῳ προσδήσας λίθον, τὸ ὕδωρ ἔτυπτεν, ὅπως οἱ ἰχθύες φεύγοντες ἀπαραφυλάκτως τοῖς βρόχοις ἐμπέσωσι. τῶν δὲ περὶ τὸν τόπον οἰκούντων τις θεασάμενος τοῦτο

ποιοῦ-

Piſcator. 87

Piſcator in fluuio quodam piſcabatur. extenſis autem retibus & fluxu comprehenſo, vtrimque funi alligato lapide, aquã verberabat, vt piſces fugiẽtes incautè in retia inciderent. Cùm quidã verò ex iis qui circa locum habitabant, id facere vide-

ret



ret, increpabat quòd fluuium turbaret, & claram aquam non sineret bibere. Et is respondit, Sed nisi sic fluuius perturbetur, me oportebit esurientem mori.

ποιοῦντα, ἐμέμφετο ὡς τὸν ποταμὸν θολοῦντα, καὶ διαυγὲς ὕδωρ μὴ συγχωροῦντα πίνειν. καὶ ὃς ἀπεκρίνατο, ἀλλ' εἰ μὴ οὕτως ὁ ποταμὸς ταράττεται, ἐμὲ δεῖ τῷ λιμώττοντα ἀποθανεῖν.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, ciuitatem etiam rectores tunc maximè quæstum facere, quum patrias in seditionem induxerint.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῶν πόλεων οἱ δημαγωγοὶ τότε μάλιστα ἐργάζονται, ὅταν τὰς πατρίδας εἰς στάσιν περιάγωσιν.

Simius & Delphis. 88

MOris quum esset nauigantibus Melitēses catulos & Simios adducere in solamen nauigationis, nauigans quidā habe-

Πίθηκος καὶ Δελφίς.

Ἔθους ὄντος τοῖς πλέουσι Μελιταῖα κυνίδια καὶ πιθήκους ἐπάγεσθαι πρὸς παραμυθίαν τοῦ πλοῦ, πλέων τις εἶχε σὺν ἑαυτῷ καὶ πίθηκον. γενο-

γενομένων δ' αὐτῶν κατὰ τὸ Σούνιον τὸ τῆς Ἀττικῆς ἀκρωτήριον, χειμῶνα σφοδρὸν συνέβη γενέσθαι. τῆς δὲ νεὼς περιτραπείσης, καὶ πάντων διακολυμβώντων, ἐνήχετο καὶ ὁ πίθηκος. Δελφὶς δέ τις αὐτὸν θεασάμενος, καὶ ἄνθρωπον εἶναι ὑπολαβὼν, ἀπελθὼν ἀνεῖχε διακομίζων ἐπὶ τὴν χέρσον. ὡς δὲ κατὰ τὸν Πειραιᾶ ἐγένετο τὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπίνειον, ἐπυνθάνετο τοῦ πιθήκου, εἰ τὸ γένος ἐστὶν Ἀθηναῖος. τοῦ δὲ εἰπόντος, καὶ λαμπρῶν ἐνταῦθα τετυχηκέναι γονέων, ἐπανήρετο, εἰ καὶ τὸν Πειραιᾶ ἐπίσταται. ὑπολαβὼν δὲ ὁ πίθηκος περὶ ἀνθρώπου αὐτὸν λέγειν, ἔφη, καὶ μάλα φίλον εἶναι αὐτῷ καὶ συνήθη. καὶ ὁ Δελφὶς ἐπὶ τοσούτῳ ψεύδει ἀγανακτήσας βαπτίζων αὐτὸν ἀπέκτεινεν.

habebat secum & Simium. Quum autem peruenisset ad Sunium Atticæ promontorium, tempestatem vehementem fieri contigit. Naui autem euersa, & omnibus enatantibus, natabat & Simius. Delphis autem aliquis ipsum conspicatus, & hominem esse ratus, digressus sustinebat ad terram perferens. Vt verò in Piræo fuit Atheniensium nauali, rogauit Simium, an genere esset Atheniensis? Quum autem hic diceret, & claris ibi esse parentibus, rogauit, an & Piræum nosset? Ratus autem Simius de homine eum dicere, ait, & valde amicum esse ei, & familiarem. & Delphis tanto mendacio indignatus, submergens ipsum occidit.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρας, οἳ τὴν ἀλήθειαν οὐκ εἰδότες, ἀπατᾶν νομίζουσιν.

AFFABVLATIO.

Fabula in viros qui veritatem ignorantes, decipiendum esse existimant.

Μῦαι.

Ἐν τινι ταμιείῳ μέλιτος ἐκχυθέντος, Μῦαι προσπτᾶσαι κατήσθιον· ἐμπαγέντων

Muscæ. 89

IN cella quadam melle effuso, Muscæ aduolantes comedebant. Implici-

tis autem earum pedibus euolare non poterant. Quum vero suffocarētur, dicebant, miseræ nos quia ob modicū cibū perimus.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, multis gulam multorum malorum esse caussam.

Mercurius & Statuarius. 90

MErcurius scire volens quanti apud homines esset, iuit in Statuarii domum, transformatus in hominem, & visa statua Iouis, rogabat, quanti quis ipsam emere posset. Hic autem quum dixisset, drachma, risit. & quanti Iunonis, ait, quum dixisset, pluris: visa & sua ipsius statua, ac opinatus quum nuntius sit Deorū & lucrosus, maximam de se apud homines haberi rationem, rogauit de se. Satuarius verò ait, Si hasce emeris, & hanc tibi additamentum do.

AFFABVLATIO.

Fabula in virum gloriosum, qui nullius apud alios est pretii.

Mer-

των δὲ τῶν ποδῶν αὐτῶν, ἀναπτῆναι οὐκ εἶχον· ἀποπνιγόμεναι δ' ἔλεγον, ἄθλιαι ἡμεῖς, ὅτι διὰ βραχεῖαν βρῶσιν ἀπολλύμεθα.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοῖς ἡ λιχνεία πολλῶν κακῶν αἰτία γίνεται.

Ερμῆς καὶ Ἀγαλματοποιός.

ΕΡμῆς γνῶναι βουλόμενος ἐν τίνι τιμῇ παρ' ἀνθρώποις ἐστὶν, ἧκεν εἰς Ἀγαλματοποιοῦ, ἑαυτὸν εἰκάσας ἀνθρώπῳ, καὶ θεασάμενος ἄγαλμα τοῦ Διὸς ἠρώτα, πόσου τις αὐτὸ πρίασθαι δύναται. τοῦ δὲ εἰπόντος, δραχμῆς, γελάσας, πόσου τὸ τῆς Ἥρας ἔφη. εἰπόντος δὲ, πλείονος· ἰδὼν καὶ τὸ ἑαυτοῦ ἄγαλμα, καὶ νομίσας, ὡς ἐπειδὴ ἄγγελός ἐστι Θεῶν καὶ κερδῷος, πολλὴν αὐτοῦ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι τὸν λόγον, ἤρετο περὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἀγαλματοποιὸς ἔφη, ἐὰν τούτους ὠνήσῃ, καὶ τοῦτον προσθήκην σοι δίδωμι.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος πρὸς ἄνδρα κενόδοξον, οὐδεμιᾷ παρὰ ἄλλοις ὄντα τιμῇ.

Ερμῆς

Ερμῆς καὶ Τειρεσίας.

Ερμῆς βουλόμενος τὴν Τειρεσίου μαντικὴν εἰ ἀληθής ἐστι γνῶναι, κλέψας τοὺς αὐτοῦ βοῦς ἐξ ἀγροικίας, ἧκεν ὡς αὐτὸν εἰς ἄστυ ὁμοιωθεὶς ἀνθρώπῳ, καὶ παρ' αὐτῷ κατήχθη. τῆς δὲ τῶν βοῶν ἀπωλείας ἀγγελθείσης τῷ Τειρεσίᾳ, ἐκεῖνος παραλαβὼν τὸν Ερμῆν ἐξῆλθεν, οἰωνόν τινα περὶ τοῦ κλέπτου σκεψόμενος, καὶ τούτῳ παρῄνει φράζειν αὐτῷ, ὅν τινα ἂν τῶν ὀρνίθων θεάσηται. ὁ δὲ Ερμῆς τὸν μὲν πρῶτον θεασάμενος Αετὸν ἐξ ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ διιπτάμενον, ἔφρασεν. τοῦ δὲ φήσαντος μὴ πρὸς αὐτοὺς εἶναι τοῦτον, ἐκ δευτέρου Κορώνην εἶδεν ἐπί τινος δένδρου καθημένην καὶ ποτὲ μὲν ἄνω βλέπουσαν, ποτὲ δὲ πρὸς τὴν γῆν κατακύπτουσαν, καὶ τῷ μάντει φράζει. καὶ ὃς ὑποτυχὼν εἶπεν, ἀλλ' αὕτη γε ἡ Κορώνη διόμνυται τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὡς ἐὰν θέλῃς τοὺς ἐμοὺς ἀπολήψομαι βοῦς.

Επιμύθιον.

Τούτῳ τῷ λόγῳ χρήσαιτο ἄν τις πρὸς ἄνδρα κλέπτην.

Mercurius & Tiresias. 91

Mercurius volens Tiresiæ vaticinium an verum esset cognoscere, furatus ipsius boues ex rure, venit ad ipsum in vrbẽ similis factus homini, & ad ipsum diuertit. Boum autem amissione renunciata Tiresiæ, ille assũpto Mercurio exiuit, auguriũ aliquod de fure cõsideraturus, & huic iubet dicere sibi, quamnam auem viderit. Mercurius autẽ primùm vidisse Aquilam à sinistris ad dexteram volantem, dixit. Hic non ad se eam attinere quum dixisset, secundò Cornicem super arbore quadam sedentem vidit, & modò superius aspicientem, modò ad terram declinatam, & vati refert. Et is, re cognita, inquit, Sed hæc Cornix iurat & cælum & terram, si tu velis, meas me recepturum boues.

AFFABVLATIO.

Hoc sermone vti quispiam poterit aduersus virum furacem.

Canes. 92 Κύνες.



HAbens quidam duos canes, alterum venari docuit, alterum domum seruare. Cæterum si quando venaticus caperet aliquid, & domus custos particeps vnà cum eo dapis erat: ægrè ferente autem venatico, & illi obiiciente, quòd ipse quotidie laboraret, ille nihil laborans suis nutriretur laboribus, respondens ipse ait, Non me, sed herum reprehende, qui non laborare me docuit, sed labores alienos comesse.

Ἔχων τις δύο κύνας, τὸν μὲν ἕτερον θηρεύειν ἐδίδαξε, τὸν δὲ λοιπὸν οἰκοφυλακεῖν. καὶ δὴ εἴ ποτε ὁ θηρευτικὸς ἤγρευέ τι, καὶ ὁ οἰκουρὸς συμμετεῖχεν αὐτῷ τῆς θοίνης. ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ θηρευτικοῦ, καὶ ἐκεῖνον ὀνειδίζοντος, εἴ γε αὐτὸς μὲν καθ᾽ ἑκάστην μοχθεῖ, ἐκεῖνος δὲ μηδὲν πονῶν τοῖς αὐτοῦ τρέφεται πόνοις, ὑπολαβὼν αὐτὸς εἶπε, μὴ ἐμὲ, ἀλλὰ τὸν δεσπότην μέμφου. ὃς οὐ πονεῖν με ἐδίδαξεν, ἀλλὰ πόνους ἀλλοτρίους ἐσθίειν.

AFFABVLATIO. Ἐπιμύθιον.

Fabula Ὁ μῦ-

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῶν νέων οἱ μηδὲν ἐπιστάμενοι, οὐ μεμπτοί εἰσιν, ὅταν αὐτοὺς οἱ γονεῖς οὕτως ἀγάγωσιν.

Fabula significat, adolescentes qui nihil sciunt, haud esse reprehendendos, quum eos parentes sic educauerint.

Ἀνὴρ καὶ Γυνή.

Maritus & Vxor. 93



Ἔχων τις γυναῖκα, πρὸς τοὺς κατ' οἶκον ἅπαντας ἀπεχθῶς ἔχουσαν, ἠβουλήθη γνῶναι εἰ καὶ πρὸς τοὺς πατρῴους οἰκέτας οὕτω διάκειται. διὸ δὴ καὶ μετ' εὐλόγου προφάσεως πρὸς τὸν αὐτῆς αὐτὴν ἀποστέλλει πατέρα. μετὰ δ' ὀλίγας ἡμέρας ἐπανελθούσης αὐτῆς, ἐπυνθάνετο, πῶς πρὸς τοὺς οἰκεῖ διεγίνετο. τῆς δὲ φαμένης, ὡς οἱ βουκόλοι καὶ

HAbens quidam vxorem, quæ domesticis omnibus inimica erat, voluit scire an etiam erga paternos domesticos ita afficeretur: quapropter cum rationabili prætextu ad suum ipsam misit patrem. Paucis verò pòst diebus ea reuersa, rogauit quomodo erga illos habuisset. Hæc verò quum dixis-

dixiſſet, bubulci & paſtores me ſuſpectabant, ad eam ait, Sed ô vxor, ſi eos odiſti, qui manè greges agunt, ſerò autem reuertuntur, quid ſperare oportet in iis quibuſcum toto conuerſaris die?

λοι καὶ οἱ ποιμένες με ὑπέβλεπόντο, πρὸς αὐτὴν ἔφη, ἀλλ᾽ ὦ γυναι, εἰ τούτοις ἀπεχθάνῃ, οἳ ὄρθρου μὲν τὰς ποίμνας ἐξελαύνουσιν, ὀψὲ δὲ εἰσίασι, τί χρὴ προσδοκᾶν περὶ τούτων, οἷς πᾶσαν συνδιέτριβες τὴν ἡμέραν;

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, ſic ſæpe ex paruis magna, & ex manifeſtis incerta cognoſci.

Επιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω πολλάκις ἐκ τῶν μικρῶν τὰ μεγάλα, καὶ ἐκ τῶν πρόδηλων τὰ ἄδηλα γνωρίζεται.

Hœdus & Lupus. 94

Ἔριφος καὶ Λύκος.



HOedus derelictus à grege perſequente Lupo, conuerſus ad eum dixit, ô Lupe, quoniã credo me tuum cibum futurum

Ἔριφος ὑστερήσασα τῆς ποίμνης, ὑπὸ λύκου κατεδιώκετο. ἐπιστραφεῖσα δὲ πρὸς αὐτὸν, εἶπεν, ὦ λύκε, ἐπεὶ πέπεισμαι ὅτι σὸν βρῶμα γενήσομαι,

νήσωμαι, ἵνα μὴ ἀηδῶς ἀποθάνω, αὔλησον πρότερον ὅπως ὀρχήσωμαι. τοῦ δὲ Λύκου αὐλοῦντος, καὶ τοῦ Ἐρίφου ὀρχουμένης, οἱ κύνες ἀκούσαντες τὸν Λύκον ἐδίωκον. ὁ δὲ ἀποστραφεὶς τῷ Ἐρίφῳ φησὶ, δικαίως ταῦτά μοι γίνεται. ἔδει γάρ με μάγειρον ὄντα, αὐλητὴν μὴ μιμεῖσθαι.

rum, ne iniucundè moriar, cane tibia primùm vt saltem. Lupo autem canente tibia, atque Hœdo saltante, canes quum audiuissent, Lupum persequuti sunt hic conuersus Hœdo inquit, Meritò hęc mihi fiunt. oportebat enim me, coquus quũ sim tibicinem non agere.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τῶν μὲν πρὸς ἅ πεφύκασιν ἀμελοῦντες, τὰ δὲ ἑτέρων ἐπιτηδεύειν πειρώμενοι, δυστυχίαις περιπίπτουσιν.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, qui ea, quibus natura apti sunt, negligunt, quæ verò aliorum sunt exercere conantur, in infortunia incidere.

Καρκῖνος καὶ Ἀλώπηξ.

Cancer & Vulpes. 95

Καρκῖνος ἀπὸ θαλάσσης ἀναβὰς ἐπί τινος ἐνέμετο τόπου. Ἀλώπηξ δὲ λιμώττουσα, ὡς ἐθεάσατο, προσελθοῦσα συνέλαβεν αὐτόν. ὁ δὲ μέλλων καταβιβρώσκεσθαι, ἔφη, ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα, ὃς θαλάττιος ὢν, χερσαῖος ἠβουλήθην γενέσθαι.

Cancer è mari quum ascendisset in loco quodam pascebatur. Vulpes verò esuriens, vt conspexit, accessit, ac eum rapuit. Ille deuorandus ait, sed ego iusta patior. qui marinus quum sim, terrestris esse volui.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ τὰ οἰκεῖα καταλιπόντες ἐπιτηδεύματα, καὶ τοῖς μηδὲν προσήκουσιν ἐπιχειροῦντες, εἰκότως δυστυχοῦσιν.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, homines etiam, qui propriis derelictis exercitiis, ea quæ nihil conueniunt aggrediuntur, meritò infortunatos esse.

Citharœdus. 96

Citharœdus rudis in domo calce incrustata, vt solebat canens, & contra resonante in se voce, putabat valde canorus esse, itaq; ob id elatus cogitauit etiam theatro sese cõmittere oportere. Profectus verò ad se ostendẽdum, quum malè admodum caneret, lapidibus ipsum explosum abegerũt.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, sic ex rhetoribus quosdam, qui in scholis videntur esse aliqui, quum ad respublicas se conferunt, nullius pretii esse.

Κιθαρῳδός.

Κιθαρῳδὸς ἀφυὴς ἐν οἴκῳ κεκονιαμένῳ συνήθως ᾄδων, καὶ ἀντηχούσης αὐτῷ τῆς φωνῆς, ᾤηθη σφόδρα εὔφωνος εἶναι. καὶ δὴ ἐπαρθεὶς ἐπὶ τούτῳ, ἔγνω δεῖν καὶ θεάτρῳ ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι. ἀφικόμενος δ᾽ ἐπιδείξασθαι, καὶ κακῶς ᾄδων πάνυ, λίθοις αὐτὸν ἐξώσαντες ἀπήλασαν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω καὶ τῶν ῥητόρων ἔνιοι ἐν ταῖς σχολαῖς δοκοῦντες εἶναί τινες, ὅταν ἐπὶ τὰς πολιτείας ἀφίκωνται, οὐδενός, ἄξιοι εἰσι.

Fures. 97

Fures in domum quandam ingressi, nihil inuenerunt, nisi gallum, atque hoc capto abierunt. Hic ab eis occidendus rogabat, vt se dimitterent, dicens, vtilem esse hominibus, vt qui noctu eos ad opera exciter. Hi verò dixerunt, Sed propter hoc te tan-

Κλέπται.

Κλέπται εἴς τινα εἰσελθόντες οἰκίαν, οὐδὲν εὗρον, ὅτι μὴ ἀλεκτρυόνα, καὶ τοῦτον λαβόντες ἀπῄεσαν. ὁ δὲ μέλλων ὑπ᾽ αὐτῶν θύεσθαι, ἐδεῖτο, ὡς ἂν αὐτὸν ἀπολύσωσι, λέγων, χρήσιμος εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, νυκτὸς αὐτοὺς ἐπὶ τὰ ἔργα ἐγείρων. οἱ δὲ ἔφασαν, ἀλλὰ διὰ τοῦτό σε μᾶλ-

μᾶλλον θύομθμ· ἐκείνους γὰρ ἐγείρων, κλέπτειν ἡμᾶς οὐκ ἐᾷς.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ταῦτα μάλιστα τοῖς πονηροῖς ἐναντιοῦται, ἃ τοῖς χρηστοῖς, ἐστὶν εὐεργετήματα.

te tātò magis occidimus: illos enim excitando, furari nos non finis.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, ea maximè prauis esse aduersa, quæ bonis sunt beneficia.

Κορώνη καὶ Κόραξ.

Κορώνη φθονήσασα Κόρακι, τῷ ἐπὶ δὲ οἰωνῶν τοῖς ἀνθρώποις μαντεύεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μαρτυρουμένῳ ὡς προλέγοντι τὸ μέλλον, θεασαμένη τινὰς ὁδοιπόρους παρελθόντας, ἧκεν ἐπί τι δένδρον, καὶ στᾶσα, μεγάλως ἐκέκραξεν. τῶν δὲ πρὸς τὴν φωνὴν ἐπιστραφέντων, καὶ καταπλαγέντων, ὑποτυχών τις ἔφη, ἀπίωμεν ὦ οὗτοι, Κορώνη γάρ ἐστιν ἥ τις κέκραγε, καὶ οἰωνισμὸν οὐκ ἔχει.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, μὴ οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ τοῖς κρείττοσιν ἁμιλλώμενοι, πρὸς τῷ τῶν ἴσων μὴ ἐφικέσθαι, καὶ γέλωτα ὀφλισκάνουσι.

Cornix & Coruus. 98

Cornix coruo inuidēs, quòd is per auguria hominibus vaticinaretur, ob idq; crederetur vti futura prædicens, conspicata viatores quosdam prætereuntes iuit super arborem quandam stansq; valde crocitauit, Illis verò ad vocem conuersis, & stupefactis, re cognita quidam inquit, Abeamus heus vos, Cornix enim est quæ crocitauit, & augurium non habet.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, eodem modo & homines cum præstantioribus certantes, præterquam quòd non ad æqua perueniunt, risu quoque dignos esse.

Κορώνη καὶ Κύων.

Cornix & Canis. 99

Cornix Mineruæ sacrificans, canem inuitauit ad epulas, ille verò ad eam dixit, Quid frustra sacrificia absumis? Dea enim adeò te odit, vt ex peculiaribus quoque tibi auguriis fidem sustulerit. Cui Cornix, Ob id magis ei sacrifico, vt reconcilietur mihi.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, plerasque ob lucrum non vereri inimicos beneficiis prosequi.

Κορώνη Ἀθηνᾷ θύουσα κύνα ἐπὶ ἑστίασιν ἐκάλει. ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν ἔφη, τί μάτην τὰς θυσίας ἀναλίσκεις; ἡ γὰρ Θεὸς οὕτω σε μισεῖ, ὡς καὶ τῶν συντρόφων σοι οἰωνῶν τὴν πίστιν περιελεῖν. καὶ ἡ Κορώνη πρὸς αὐτόν, διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτῇ θύω, ἵνα διαλλαγῇ μοι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ διὰ κέρδος τοὺς ἐχθροὺς εὐεργετεῖν οὐκ ὀκνοῦσιν.

Coruus & Serpens. 100

Κόραξ καὶ Ὄφις.



Coruus cibi indigens, vt Serpentem in aprico quodam loco dormientem

Κόραξ τροφῆς ἀπορῶν, ὡς κατεῖδεν ἔν τινι εὐηλίῳ τόπῳ Ὄφιν κοιμώμενον, τοῦτον

τοῦτοι κατεπτηὼς ἥρπασε. τοῦ δὲ ἐπιστραφέντος, καὶ δακόντος αὐτὸν, ἀποθνήσκειν, μέλλων εἴρηκε, δείλαιος ἔγωγε, ὃς τοιοῦτον εὗρον ἕρμαιον, ἐξ οὗ καὶ ἀπόλλυμαι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρα διὰ θησαυρῶν εὕρεσιν ἐπὶ σωτηρίᾳ κινδυνεύσαντα.

centem vidit, hunc deuolando rapuit. Hic quum se vertisset, atque momordisset ipsum, Coruus moriturus dixit, Me miserũ, qui tale reperi lucrum ex quo etiam pereo.

AFFABVLATIO.

Fabula in virum, qui ob thesaurorũ inuentionem de salute periclitatus sit.

Κολοιὸς καὶ περιστεραί.

Κολοιὸς ἔν τινι περιστερεῶνι περιστερὰς ἰδὼν καλῶς τρεφομένας, λευκάνας ἑαυτὸν ἦλθεν, ὡς καὶ αὐτὸς τῆς αὐτῆς διαίτης μεταληψόμενος. αἱ δὲ μέχρι μὲν ἡσύχαζεν, οἰόμεναι, περιστερὰν αὐτὸν εἶναι, προσίεντο. ἐπεὶ δέ ποτε ἐκλαθόμενος ἐφθέγξατο, τηνικαῦτα τὴν αὐτοῦ γνοῦσαι φύσιν, ἐξήλασαν παίουσαι, καὶ ὃς ἀποτυχὼν τῆς ἐνταῦθα τροφῆς ἐπανῆκε πρὸς τοὺς Κολοιοὺς πάλιν. κἀκεῖνοι διὰ τὸ χρῶμα αὐτὸν οὐκ ἐπιγνόντες, τῆς μεθ' αὐτῶν διαίτης ἀπεῖρξαν, ὥστε δυοῖν ἐπιθυμήσαντα, μηδετέρας τυχεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς τοῖς ἑαυτῶν ἀρ-

κεῖσθαι

Monedula & Colũbae. 101

MOnedula in Columbario quodam Columbis vilis bene nutritis, dealbauit sese, iuitq; vt & ipsa eodem cibo impertiretur. Hæ verò, donec tacebat, ratæ eam esse Colũbam admiserunt. Sed quũ aliquando oblita vocem emisisset, tunc eius cognita natura, expulerunt percutiendo, eaq; priuata eo cibo rediit ad Monedulas rursum. Et illæ ob colorem quum ipsam nõ nossent, à suo cibo abegerũt, vt duorum appetens, neutro potiretur.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, oportere & nos nostris contentos

esse,

esse, considerantes habendi cupiditatē præterquam quòd nihil iuuat, auferre sæpe & quæ adsunt bona.

κεῖσθαι, λογιζόμενοι, ὅτι ἡ πλεονεξία πρὸς τὸ μηδὲν ὠφελεῖν, ἀφαιρεῖται καὶ τὰ προσόντα πολλάκις.

Monedula. 102

MOnedulam quum quis cepisset, & pedē alligasset filo, suo tradidit filio. Hæc non ferēdo victum inter homines, vbi parumper libertatem nacta est, fugit, in suumq; nidum se contulit. Circumuoluto verò ramis vinculo, euolare haud valens, quum moritura esset, secum loquebatur, Me miseram, quæ apud homines non ferens seruitutem, incautè me vita priuaui.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nonnunquam quosdam, dum se à mediocribus student periculis liberare, in maiora incidere.

Κολοιός.

ΚΟλοιόν τις συλλαβὼν, καὶ δήσας αὐτοῦ τὸν πόδα λίνῳ, τῷ ἑαυτοῦ παρέδωκε παιδί. ὁ δὲ μὴ ὑπομείνας τὴν μετ' ἀνθρώπων δίαιταν, ὡς πρὸς ὀλίγον ἀδείας ἔτυχε, φυγὼν ἧκεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ καλιάν. περιειληθέντος δὲ τοῦ δεσμοῦ τοῖς κλάδοις, ἀποπτῆναι μὴ δυνάμενος, ἐπειδὴ ἀποθνήσκειν ἔμελλε, πρὸς ἑαυτὸν ἔφη, δείλαιος ἔγωγε, ὃς τὴν παρ' ἀνθρώποις μὴ ὑπομείνας δουλείαν, ἔλαθον ἐμαυτὸν τῆς ζωῆς στερήσας.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τινὲς ἔσθ' ὅτε μετρίων κινδύνων ἑαυτοὺς βουλόμενοι ῥύσασθαι, εἰς μείζους περιπίπτουσιν.

Mercurius. 103

IVpiter Mercurio iussit, vt artificibus omnibus men-

Ἑρμῆς.

ΖΕὺς Ἑρμῆν προσέταξε πᾶσι τοῖς τεχνίταις ψεῦδος

ψεύδους φάρμακον ἐγχεῖν. ὁ δὲ τοῦτο τρίψας, καὶ μέτρον ποιήσας, ἴσον ἑκάστῳ ἐνέχειν. ἐπεὶ δὲ μόνου τοῦ σκυτέως ὑπολειφθέντος, πολὺ κατελέλειπτο φάρμακον, ὅλην λαβὼν τὴν θυείαν ἐνέχεεν αὐτῷ. κἀκ τούτου συνέβη τοὺς τεχνίτας ἅπαντας ψεύδεσθαι, μάλιστα δὲ πάντων τοὺς σκυτέας.

mendacii medicamentū miſceret. Hic eo trito, & ad menſuram facto, æquabiliter ſingulis miſcuit. Quum verò ſolo relicto ſutore multum ſupereſſet medicamenti, totū acceptum mortarium ei miſcuit Atq; hinc contigit artifices omneis mentiri, maximè verò omniū ſutores.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ψευδολόγους τεχνίτας.

AFFABVLATIO.

Fabula in mendaces artifices.

Ζεύς.

Ζεὺς πλάσας τοὺς ἀνθρώπους, τὰς μὲν ἄλλας διαθέσεις αὐτοῖς ἐνέθηκε, μόνην δ' ἐνθεῖναι τὴν αἰσχύνην ἐπελάθετο. διὸ καὶ μὴ ἔχων πόθεν αὐτὴν εἰσαγάγῃ, διὰ τοῦ ὄχλου αὐτὴν εἰσελθεῖν ἐκέλευσεν. ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀντέλεγεν ἀναξιοπαθοῦσα. ἐπεὶ δὲ σφόδρα αὐτῇ ἐνέκειτο, ἔφη, ἀλλ' ἔγωγε ἐπὶ ταύταις εἰσέρχομαι ταῖς ὁμολογίαις, ὡς ἂν ἔρως μὴ εἰσέλθῃ· ἂν δ' εἰσέλθῃ, αὐτὴ ἐξελεύσομαι παραυτίκα. ἀπὸ δὴ τούτου συνέβη πάντας πόρνους ἀναισχύντους εἶναι.

Iupiter. 104

IVpiter formatis hominicus, omneis illis affectus indidit, ſolum indere pudorem oblitus eſt. Quapropter non habens vndenam ipſum introduceret, per turbam ingredi eum iuſſit. Hic verò primum cōtradicebat, quòd indigna ferret. Vehementiùs verò eo inſtante ait. Sed ego ſanè his ingredior pactis, ſi amor non ingrediatur: ſi ingrediatur, ipſe exibo quāprimùm. Ex hoc profectò euenit omnia ſcorta inuerecunda eſſe.

Ἐπι-

Affa-

AFFABVLATIO.

Fabula significat, captos amore inuerecundos esse.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοὺς ὑπ' ἔρωτος κατεχομένους, ἀναισχύντους εἶναι συμβαίνει.

Iupiter. 105

IVpiter nuptias celebrans, omnia animalia conuiuio excipiebat. Sola verò testudine tardè profecta, admiratus causam tarditatis, rogauit eam, quamobrem ipsa ad conuiuium non accesserit. Quum hæc dixisset, Domus chara, domus optima, iratus ipsi, damnauit vt domum baiulans circumferret.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, plerosque homines eligere, parcè potius apud se viuere, quàm apud alios lautè.

Ζεύς.

Ζεὺς γάμους τελῶν, πάντα τὰ ζῶα εἱστία. μόνης δὲ τῆς Χελώνης ὑστερησάσης, διαπορῶν τὴν αἰτίαν τῆς ὑστερήσεως, ἐπυνθάνετο αὐτῆς, τίνος χάριν αὐτὴ ἐπὶ τὸ δεῖπνον οὐ παρεγένετο. τῆς δὲ εἰπούσης, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, ἀγανακτήσας κατ' αὐτῆς, κατεδίκασε, τὸν οἶκον βαστάζουσαν περιφέρειν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων αἱροῦνται μᾶλλον λιτῶς παρ' ἑαυτοῖς ζῆν, ἢ παρ' ἄλλοις πολυτελῶς.

Lupus & Ouis. 106

LVpus à canibus morsus, & malè affectus, abiectus iacebat. Cibi verò indigens, visa Oue, rogabat vt potum ex præterfluente flumine sibi afferret. Si enim tu mihi, inquit,

Λύκος καὶ Πρόβατον.

Λύκος ὑπὸ κυνῶν δηχθεὶς, καὶ κακῶς πάσχων, ἐβέβλητο. τροφῆς δὲ ἀπορῶν, θεασάμενος Πρόβατον, ἐδεῖτο ποτὸν ἐκ τοῦ παραρρέοντος αὐτῷ ποταμοῦ κομίσαι. εἰ γὰρ σύ μοι, φησί, δώσης



δώσης ποτὸν, ἐγὼ τροφὴν ἐμαυτῷ εὑρήσω. τὸ δὲ ὑποτυχὸν, ἔφη, ἀλλ' ἐὰν ἐγὼ ποτὸν ἐπιδῶ σοι, σὺ καὶ τροφῇ μοι χρήσῃ.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρα κακοῦργον, δι' ὑποκρίσεως ἐνεδρεύοντα.

inquit, dederis potum, ego cibum mihi ipsi inueniam. Illa re cognita, ait. Sed si ego potum do tibi, tu & cibo me vtêris.

AFFABVLATIO.

Fabula in virum maleficum per simulationem insidiantem.

Λαγωοί.

Λαγωοί ποτε πολεμοῦντες ἀετοῖς παρεκάλουν εἰς συμμαχίαν ἀλώπεκας. αἱ δ' ἔφασαν, ἐβοηθήσαμεν ἂν ὑμῖν, εἰ μὴ ᾔδειμεν τίνες ἐστὲ, καὶ τίσι πολεμεῖτε.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος

Lepores. 107

LEpores olim belligerantes cum Aquilis inuocarunt in auxilium Vulpes. hæ autem dixerunt, Vobis auxiliaremur nisi sciremus, qui vos estis, & cum quibus bellamini.

AFFABVLATIO.

Fabula

Fabulæ significat, eos qui cum præstantioribus certant, suam salutem contemnere.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τοῖς κρείττοσι φιλονεικοῦντες, ἑαυτῶν σωτηρίας καταφρονοῦσι.

Formica. 108 Μύρμηξ.



QVæ nunc Formica, homo olim fuit. Hic agriculturæ assiduè incũbens, non erat propriis laboribus contentus sed & vicinorum fructus surripiebat. Iupiter autem indignatus huius habendi cupiditate, transmutauit eum in hoc animal, quæ Formica appellatur. Verùm quum mutasset formã, non & affectum mutauit.

Μύρμηξ ὁ νῦν, τὸ παλαιὸν ἄνθρωπος ἦν. καὶ τῇ γεωργίᾳ διηνεκῶς προσέχων, οὐ τοῖς ἰδίοις ἠρκεῖτο πόνοις, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν γειτόνων καρποὺς ὑφῃρεῖτο, ὁ δὲ Ζεὺς ἀγανακτήσας ἐπὶ τῇ τούτου πλεονεξίᾳ, μετεμόρφωσεν αὐτὸν εἰς τοῦτο τὸ ζῶον, ὃ Μύρμηξ καλεῖται. ὁ δὲ τὴν μορφὴν ἀλλάξας, τὴν διάθεσιν οὐ μετέβαλε. μέχρι γὰρ τοῦ νῦν τὰς ἀρούρας περιιὼν τοὺς

νὺς τῶν ἑτέρων πόνους συλλέγει, καὶ ἑαυτῷ ἀποθησαυρίζει.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ φύσει πονηροὶ, κἂν τὰ μάλιστα τὸ εἶδος μεταβληθῶσι, τὸν τρόπον οὐ μεταβάλλονται.

tauit. Nam hucuſq; arua circumeundo, aliorum labores colligit, & ſibi recondit.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, natura prauos, etſi maximè ſpeciem tranſmutauerint, mores non mutare.

Νυκτερὶς καὶ Γαλῆ.

Νυκτερὶς ἐπὶ γῆς πεσοῦσα, ὑπὸ Γαλῆς συνελήφθη. καὶ μέλλουσα ἀναιρεῖσθαι, περὶ σωτηρίας ἐδεῖτο. τῆς δὲ φαμένης, μὴ δύνασθαι αὐτὴν ἀπολῦσαι, φύσει γὰρ πᾶσι τοῖς πτηνοῖς πολεμεῖν αὐτὴ ἔλεγεν, οὐκ ὄρνις, ἀλλὰ μῦς εἶναι. καὶ οὕτως ἀφείθη. ὕστερον δὲ πάλιν πεσοῦσα, καὶ ὑφ' ἑτέρας συλληφθεῖσα Γαλῆς, μὴ βρωθῆναι ἐδεῖτο. τῆς δὲ εἰπούσης, ἅπασιν ἐχθραίνειν μυσὶν, αὐτὴ μὴ Μῦς, ἀλλὰ Νυκτερὶς ἔλεγεν εἶναι, καὶ πάλιν ἀπελύθη. καὶ οὕτω συνέβη δὶς αὐτὴν ἀλλαξαμένην τὸ ὄνομα, σωτηρίας τυχεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦ-

Veſpertilio & Muſtela. 109

VEſpertilio in terram cum cecidiſſet, à Muſtela capta eſt, & quum occidenda foret, pro ſalute rogabat. Hac verò dicente, non poſſe ipſam dimittere, quòd natura volucribus omnibus inimica foret, ait, Nō auem, ſed murem eſſe: & ſic dimiſſa eſt. Poſtremò autem quum iterum cecidiſſet, & ab alia capta Muſtela, ne voraretur orabat. Hac autem dicente, cunctis inimicā eſſe muribus, ſe non Murē, ſed Veſpertilionem eſſe dicebat, & rurſus dimiſſa eſt. Atque ita euenit, bis mutato nomine, ſalutem conſequutam fuiſſe.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, neque nos in iisdem semper esse oportere, considerantes eos qui ad tempus mutantur, plerumque pericula effugere.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς μὴ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ ἐπιμένειν, λογιζομένους, ὡς οἱ τοῖς καιροῖς συμμετασχηματιζόμενοι πολλάκις τοὺς κινδύνους ἐκφεύγουσιν.

Viatores. 110

VIatores iuxta littus quoddam iter facientes, venerunt in speculam quandam, & illic conspicati sarmenta procul natantia, nauim esse magnam existimarunt. quamobrem expectarunt tanquam appulsura ea esset. Quum verò à vento lata sarmenta propiùs forent, non nauim amplius, sed scapham videre videbantur. Aduectis autem illis, quum sarmenta esse vidissent, inter se dixerunt, Vt nos igitur frustrà quod nihil est expectabamus!

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nonnullos homines qui ex improuiso terribiles esse videntur, quum periculum feceris, nullius esse pretii inueniri.

Ὁδοιπόροι.

ΟΔοιπόροι κατά τινα αἰγιαλὸν ὁδεύοντες, ἦλθον ἐπί τινα σκοπιάν. κἀκεῖθεν θεασάμενοι φρύγανα πόρρωθεν ἐπιπλέοντα, ναῦν εἶναι μεγάλην ᾠήθησαν. διὸ δὴ προσέμενον, ὡς μελλούσης αὐτῆς προσορμίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ ἀνέμου φερόμενα τὰ φρύγανα ἐγγυτέρω ἐγένετο, οὐκέτι ναῦν, ἀλλὰ πλοῖον ἐδόκουν βλέπειν. ἐξενεχθέντα δὲ αὐτὰ, φρύγανα ὄντα ἰδόντες, πρὸς ἀλλήλους ἔφασαν, ὡς ἄρα ματαίως ἡμεῖς τὸ μηδὲν ὂν προσεδεχόμεθα!

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι ἐξ ἀπροόπτου δοκοῦντες φοβεροὶ εἶναι, ὅταν εἰς πεῖραν ἔλθωσιν, οὐδενὸς εὑρίσκονται ἄξιοι.

Asinus syluestris.

Ὄνος ἄγριος.

ΟΝΟΣ ἄγριος Ὄνον ἰδὼν ἥμερον ἔν τινι εὐηλίῳ τόπῳ, προσελθὼν αὐτὸν ἐμακάριζεν, ἐπί τε τῇ εὐεξίᾳ τοῦ σώματος, καὶ τῇ τῆς τροφῆς ἀπολαύσει. ὕστερον δὲ ἰδὼν αὐτὸν ἀχθοφοροῦντα, καὶ τὸν ὀνηλάτην ὄπισθεν ἑπόμενον, καὶ ῥοπάλοις αὐτὸν παίοντα, ἔφη, ἀλλ' ἔγωγε οὐκέτι σε εὐδαιμονίζω. ὁρῶ γὰρ ὡς οὐκ ἄνευ κακῶν μεγάλων τὴν εὐδαιμονίαν ἔχεις.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐκ ἔστι ζηλοτὰ τὰ μετὰ κινδύνων καὶ ταλαιπωριῶν κέρδη.

ASinus ſylueſtris Aſino viſo domeſtico in loco quodam aprico, profectus ad ipſum, beatum dicebat, & corporis bona habitudine, & cibi perceptione. Deinde verò quū vidiſſet eum ferentem onera, & agaſonem retro ſequentem, & baculis ipſum percutientem ait, Aſt ego non ampliùs beatum te exiſtimo. Video enim non ſine magnis malis habere te fœlicitatem.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, non eſſe æmulanda lucra, in quibus inſunt pericula & miſeria.

Ὄνοι.

ΟΝοι ποτὲ ἐπὶ τῷ συνεχῶς ἀχθοφορεῖν καὶ ταλαιπωρεῖν, πρέσβεις ἔπεμψαν πρὸς τὸν Δία, λύσιν τῶν πόνων αἰτούμενοι. ὁ δ' αὐτοῖς ἐπιδεῖξαι βουλόμενος, ὅτι τοῦτο ἀδύνατόν ἐστιν, ἔφη, τότε αὐτοὺς ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς κακοπαθείας, ὅταν οὐροῦντες ποιήσωσι ποταμόν. κἀκεῖνοι αὐτὸν ἀληθεύειν ὑπολαβόντες, ἀπ' ἐκείνου καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἔνθα

οὖρον

Aſini. 112

ASini olim propterea quòd aſſiduè onera ferrent & fatigarentur, legatos miſerunt ad Iouem, ſolutionem laborum petentes. Hic autem oſtendere ipſis volens, id non poſſe fieri ait, tūc eos liberatum iri laboribus quum mingendo fluuiū fecerint. At illi eum verum dicere exiſtimantes ex illo & nunc vſque, vbi aliorum

vrinam viderint Asinorũ, illic & ipsi circumstando mingunt.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, vnique quod fatale est incurabile esse.

Asinus & Vulpes. 113

ASinus indutus pelle Leonis, vagabatur reliqua bruta perterrens. Cæterùm visa Vulpe, tentauit & hanc perterrefacere. Hæc autem (casu enim ipsius vocem audiuerat) ad ipsum ait, Sed bene nosti, quòd & ego te timuissem, nisi rudentem audiuissem.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nonnullos indoctos, qui externis aliqui esse videntur, ex sua loquacitate redargui.

Asinus & Ranæ. 114

ASinus ligna ferens pertransibat paludẽ quandam. Lapsus autem, vt decidit, nec surgere posset, lamentabatur, ac suspi-

οὖρον ἑτέρων ἴδωσιν ὄνων ἐνταῦθα καὶ αὐτοὶ περιϊστάμενοι οὐροῦσιν.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἑκάστῳ τὸ πεπρωμένον ἀθεράπευτόν ἐστιν.

Ονος καὶ Αλώπηξ.

ΟΝΟΣ ἐνδυσάμενος λεοντῆν περιῄει, τὰ ἄλλα τῶν ζώων ἐκφοβῶν, καὶ δὴ θεασάμενος Αλώπεκα, ἐπειρᾶτο καὶ ταύτην δεδίττεσθαι. ἡ δὲ (ἐτύγχανε γὰρ αὐτοῦ φθεγξαμένου προακηκουῖα) πρὸς αὐτὸν ἔφη, ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὡς καὶ ἐγώ ἄν σε ἐφοβήθην, εἰ μὴ ὀγκωμένου ἤκουσα.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔνιοι τῶν ἀπαιδεύτων, τοῖς ἔξω δοκοῦντές τινες εἶναι, ὑπὸ τῆς ἰδίας γλωσσαλγίας ἐλέγχονται.

Ονος καὶ Βάτραχοι.

ΟΝΟΣ ξύλα βαστάζων, διέβαινέ τινα λίμνην. ὀλισθήσας δὲ ὡς κατέπεσεν, ἐξαναστῆναι μὴ δυνάμενος, ὠδύρετό τε καὶ ἔστενεν. οἱ δὲ ἐν τῇ

ἐν τῇ λίμνῃ βάτραχοι τοῦ στεναγμοῦ τούτου ἀκούσαντες, ὦ οὗτος, ἔφασαν, καὶ τί ἂν ἐποίησας, εἰ τοσοῦτον ἐνταῦθα χρόνον διετέλεσες, ὅσον ἡμεῖς, ὅτε πρὸς ὀλίγον πεσὼν, οὕτως ὀδύρῃ;

Ἐπιμύθιον.

Τούτῳ τῷ λόγῳ χρήσαιτ' ἄν τις πρὸς ἄνδρα ῥᾴθυμον, ἐπ' ἐλαχίστοις πόνοις δυσφοροῦντα, αὐτὸς τοὺς πλείους ῥᾳδίως ὑφιστάμενος.

spirabat. Ranę autem, quę erant in palude, auditis eius suspiriis, Heus tu, dixerunt, & quid faceres, si tāto hic tempore, quanto nos fuisses, quum quia ad breue tempus cecidisti, sic lamentaris?

AFFABVLATIO.

Hoc sermone uti quispiam poterit in virum segnem, qui ob minimos quosque labores tristatur, quū ipse maioribus facile resistat.

Ὄνος καὶ Κόραξ.

ΟΝΟΣ ἡλκωμένος τὸν νῶτον, ἔν τινι λειμῶνι ἐνέμετο. Κόρακος δὲ ἐπικαθίσαντος αὐτῷ, καὶ τὸ ἕλκος ξαίνοντος, ὁ Ὄνος ὠγκᾶτο καὶ ἥλατο. τοῦ δὲ ὀνηλάτου πόῤῥωθεν ἱσταμένου καὶ γελῶντος, Λύκος παριὼν αὐτὸν εἶδε, καὶ ἔφη, ἄθλιοι ἡμεῖς, οἳ κἂν μόνον ὀφθῶμεν αὐτῷ διωκόμεθα, τούτῳ δὲ καὶ προσγελῶσι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ κακοῦργοι τῶν ἀνθρώπων καὶ μόνον φανέντες δῆλοί εἰσιν.

Asinus & Coruus. 115

ASinus vlcerato dorso in prato quodam pascebatur. Coruo autē insidente ei, & vlcus percutiente, Asinus rudebat ac saltabat. Sed Agasone procul stante ac ridente. Lupus præteriens ipsum vidit, & dixit, Miseri nos, quos si tantùm viderint, persequuntur, huic autem & arrident.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, maleficos homines, si tantùm appareant, dignosci.

Ὄνος καὶ Ἀλώπηξ.

Asinus & Vulpes. 116



ASinus & Vulpes, inita inter se societate exiuerunt ad venationem, Leo verò quum occurrisset ipsis, Vulpes imminens periculum videns, profecta ad Leonem tradituram ei Asinum pollicita est, si sibi impunitatem promiserit. Qui quũ dimissurum eam dixisset, illa adducto Asino in casses quosdam vt incideret, fecit, Sed Leo videns illum fugere minimè posse, primam Vulpem comprehendit, deinde sic ad Asinum versus est.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, eos qui sociis insidiantur, sæpe & seipsos nescios perdere.

ΟΝΟΣ καὶ Ἀλώπηξ κοινωνίαν σπεισάμενοι πρὸς ἀλλήλους ἐξῆλθεν εἰς ἄγραν. Λέοντος δ' αὐτοῖς περιτυχόντος, ἡ Ἀλώπηξ τὸν ἐπηρτημένον ὁρῶσα κίνδυνον, προσελθοῦσα τῷ Λέοντι, παραδώσειν αὐτῷ τὸν Ὄνον ὑπέσχετο, ἐὰν αὐτῇ τὸ ἀκίνδυνον ἐπαγγέλληται. τοῦ δὲ ἀπολύσειν αὐτὴν φήσαντος, ἐκείνη παραγαγοῦσα τὸν Ὄνον εἴς τινα πάγην ἐμπεσεῖν παρεσκεύασε. καὶ ὁ Λέων ὁρῶν ἐκεῖνον φεύγειν μὴ δυνάμενον, πρώτην τὴν Ἀλώπεκα συνέλαβε, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὸν Ὄνον ἐτράπη.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοῖς κοινωνοῖς ἐπιβουλεύοντες, λανθάνουσι πολλάκις καὶ αὐτοὺς προσαπολλῦντες.

Ὄρνις καὶ Χελιδών.

ΟΡνις ὄφεως ὠὰ εὑροῦσα, ἐπιμελῶς ἐκθερμάνασα ἐξεκόλαψε. Χελιδὼν δὲ θεασαμένη αὐτὴν, ἔφη, ὦ ματαία, τί ταῦτα τρέφεις, ἅπερ αὐξηθέντα ἀπὸ τοῦ πρώτης τοῦ ἀδικεῖν ἄρξεται;

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἀτιθάσσευτός ἐστιν ἡ πονηρία, κἂν τὰ μέγιστα εὐεργετῆται.

Gallina & Hirundo. 117

GAllina Serpentis ouis inuentis, diligenter calefacta excludit. Hirúndo autem quũ eam vidiſſet, ait, O demens, quid hæc nutris, quæ quum excreuerint, à te prima iniuriam auſpicabuntur?

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, implacabilem eſſe prauitatem, licet afficiatur maximis beneficiis

Κάμηλος.

Camelus. 118



ΟΤε πρῶτον Κάμηλος ὤφθη, οἱ ἄνθρωποι φοβη-

QUum primùm viſa eſt Camelus, homines per-

perterriti, & magnitudinem admirati fugiebant. vbi verò procedente tempore cognouerunt ipsius mansuetudinem, confisi sunt eo vsq; vt ad eam accederent. At intellecto paulò pôst beluæ non inesse bilem, eo contemptus iêre, vt & fræna ei imponerent, & pueris agendam traderent.

φοβηθέντες, καὶ τὸ μέγεθος καταπλαγέντες, ἔφυγον. ὡς δὲ χρόνου προϊόντος συνεῖδον αὐτῆς τὸ πρᾷον, ἐθάρρησαν μέχρι τοῦ προσελθεῖν. αἰσθόμενοι δὲ κατὰ μικρὸν, τὸ ζῶον ὡς χολὴν οὐκ ἔχει, εἰς τοσοῦτον καταφρονήσεως ἦλθον, ὥς τε καὶ χαλινοὺς αὐτῇ περιθέντες, παισὶν ἐλαύνειν δεδώκασιν.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, terribiles res consuetudine contemptibiles fieri.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὰ φοβερὰ τῶν πραγμάτων, ἡ συνήθεια εὐκαταφρόνητα ποιεῖ.

Serpens. 119

Οφις.



SErpens a multis hominibus pessundatus, Iouem

Οφις ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων πατούμενος, τῷ Διῒ

Διὶ ἐνετύγχανεν. ὁ δὲ Ζεὺς πρὸς αὐτὸν εἶπεν, ἀλλ' εἰ τὸν πρότερον πατήσαντα ἐπλήξας, οὐκ ἂν ὁ δεύτερος ἐπιχειρήσει τοῦτο ποιῆσαι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τοῖς πρότερον ἐπιβαίνουσιν ἀνθιστάμενοι, τοῖς ἄλλοις φοβεροὶ γίνονται.

uem postulauit. Iupiter autem ad eum dixit: sed si qui prior conculcauit pupugisses, nequaquam id facere secundus aggressus fuisset.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, eos qui prius inuadentibus resistunt, aliis formidolosos fieri.

Περιστερά.

Περιστερὰ δίψῃ συνεχομένη, ὡς ἐθεάσατο ἔν τινι τόπῳ κρατῆρα ὕδατος γεγραμμένον, ἐνόμισεν ἀληθινὸν εἶναι, διὸ καὶ πολλῷ τῷ ῥοίζῳ ἀνενεχθεῖσα, ἔλαθεν ἑαυτὴν τῷ πίνακι ἐμπεσοῦσα, ὡς καὶ τῶν πτερῶν αὐτῆς περικλασθέντων καταπεσεῖν ἐπὶ γῆν, καὶ ὑπό τινος τῶν παρατυχόντων ἁλῶναι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων διὰ σφοδρὰς προθυμίας, ἀπερισκέπτως πράγμασιν ἐγχειροῦντες, ἐμβάλλουσιν ἑαυτοὺς εἰς ὄλεθρον.

Columba. 120

Columba siti correpta, vt vidit quodam in loco poculum aquæ depictum, verum rata, atque multo elata impetu, imprudens in tabulam offendit, vt & pennis ipsius perfractis in terram decideret, atq; à quodam occurrentium caperetur.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nonnullos homines ob vehementes alacritates, inconsultò res aggredientes, iniicere sese in perniciem.

Περιστερὰ καὶ Κορώνη.

Columba & Cornix. 121

Columba in columbario quodam nutrita, fœcunditate superbiebat. Cornix verò ea audita, ait, Sed heus tu, desine hac re gloriari: nam quo plures paris, eo plus mœroris accumulas.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, ex famulis quoq; eos esse infelicissimos qui in seruitute multos liberos procreant.

Περιστερὰ ἔν τινι περιστερεῶνι τρεφομένη, ἐπὶ πολυτεκνίᾳ ἐφρυάττετο. Κορώνη δ' αὐτῆς ἀκούσασα, ἔφη, ἀλλ', ὦ αὕτη, πέπαυσο ἐπὶ τούτῳ σεμνυνομένη. ὅσῳ γὰρ ἂν πλείονα τίκτῃς, τοσούτῳ καὶ πλείους λύπας συνάγεις.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῶν οἰκετῶν δυστυχέστατοί εἰσιν, ὅσοι ἐν τῇ δουλείᾳ πολλὰ τέκνα ποιοῦσιν.

Diues. 122

Diues duas habens filias, altera mortua, præficas conduxit. quum verò altera filia dixisset, Vt nos miseræ, ipsæ ad quas pertinet luctus, lamentari nescimus, hæ verò non necessariæ, sic vehementer plangunt: mater ait, Ne mirare filia, si hæ ita lamentantur, nam numorum gratia id agunt.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nonnullos homines pecuniæ amore non vereri ex alienis calamitatibus quæstum facere.

Πλοῦσιος.

Πλούσιος δύο θυγατέρας ἔχων, τῆς μιᾶς ἀποθανούσης, θρηνούσας ἐμισθώσατο. τῆς δὲ ἑτέρας παιδὸς λεγούσης, ὡς ἄθλιαι ἡμεῖς αἵ γε αὐταὶ ὧν ἐστι τὸ πένθος θρηνεῖν οὐκ ἴσμεν, αἱ δὲ μὴ προσήκουσαι οὕτω σφοδρῶς κόπτονται. ἡ μήτηρ ἔφη, μὴ θαύμαζε τέκνον, εἰ αὗται οὕτω θρηνοῦσιν. ἐπὶ γὰρ ἀργυρίῳ τοῦτο ποιοῦσιν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων διὰ φιλαργυρίαν οὐκ ὀκνοῦσιν ἀλλοτρίας συμφορὰς ἐργολαβεῖν.

Pastor. Ποιμήν.

Ποιμὴν.

ΠΟιμὴν ἐλάσας εἴς τινα δρυμῶνα τὰ πρόβατα, ὑποστρώσας ὑπὸ δρυῒ τὸ ἱμάτιον, καὶ ἀναβὰς, τὸν καρπὸν κατέσειε. τὰ δὲ Πρόβατα ἐσθίοντα τὰς βαλάνους, ἔλαθον καὶ τὰ ἱμάτια συγκαταφαγόντα. ὁ δὲ ποιμὴν καταβὰς, ὡς εἶδε τὸ γεγονός, ὦ κάκιστα, ἔφη, ζῶα, ὑμεῖς τοῖς λοιποῖς ἔρια εἰς ἐσθῆτας παρέχετε, ἐμοῦ δὲ τρέφοντος ὑμᾶς καὶ τὸ ἱμάτιον ἀφείλεσθε.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων δι᾽ ἄνοιαν, τοὺς μηδὲν προσήκοντας εὐεργετοῦντες, κατὰ τῶν οἰκείων φαῦλα ἐργάζονται.

Paſtor. 123

PAſtor actis in quercetum quoddã ouibus, ſtrata ſub quercu veſte, aſcendit, & fructum decutiebat. Oues verò inter edendum glandes neſciæ & veſtes vnà deuorarunt. At quum paſtor deſcendiſſet, & quod erat factum vidit, O peſſima, ait, animalia, vos cæteris vellera ad veſtes præbetis, à me verò, qui vos nutrio, etiam veſtem ſurripuiſtis.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, pleroſque homines ob dementiam, eos qui nihil ad ſe attinet beneficio afficientes, domeſticos male tractare.

Αλιεὺς καὶ Σμαρίς.

ΑΛιεὺς τὸ δίκτυον χαλάσας ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀνήνεγκε Σμαρίδα, σμικρὰ δὲ οὖσα, ἱκέτευεν αὐτὸν νῦν μὲν μὴ λαβεῖν αὐτὴν ἀλλ᾽ ἐᾶσαι διὰ τὸ σμικρὰν τυγχάνειν, ἀλλ᾽ ὅταν αὐξηθῶ καὶ

Piſcator & Cerrus. 124

PIſcator demiſſo reti in mare, retulit Cerrum: qui paruus quũ eſſet, ſuppliciter rogabat ipſum, ne tunc ſe caperet, ſed dimitteret, quòd paruus eſſet: at quum creuero, & magnus,



gnus, inquit, euasero, me capere poteris, quoniam & maiori tibi ero vtilitati. Tum piscator ait, Sed ego demés fuerim, si quod in manibus est misso lucro, licet sit paruum, expectando etiam magnum sperem.

θῶ καὶ μεγάλη, φησὶ, γένωμαι, συλλαβεῖν με δυνήσῃ, ἐπεὶ καὶ εἰς μείζονά σοι ὠφέλειαν ἔσομαι. καὶ ὁ ἁλιεὺς εἶπεν· ἀλλ' ἔγωγε ἄνους ἂν εἴην, εἰ τὸ ἐν χερσὶ παρεὶς κέρδος, κἂν σμικρὸν ᾖ, τὸ προσδοκώμενον κἂν μέγα ὑπάρχῃ ἐλπίζειν.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, inconsideratum esse, qui spe maioris rei, quæ in manibus sunt amittat, quòd parua sint.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἀλόγιστος ἂν εἴη, ὃ δι' ἐλπίδα μείζονος, τὰ ἐν χερσὶν ἀφεὶς σμικρὰ ὄντα.

Equus & Asinus. 125

HOmo quidam habebat equum & asinũ. Quum autem iter facerent in via ait Asinus Equo,

Ἵππος καὶ Ὄνος.

ΑΝθρωπός τις εἶχεν Ἵππον καὶ Ὄνον. ὁδευόντων δὲ, ἐν τῇ ὁδῷ εἶπεν ὁ Ὄνος τῷ Ἵππῳ, ἆρον ἐκ τοῦ ἐμοῦ βάρους,

βάρους, εἰ θέλεις εἶναί με σῶν. ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη, ὁ δὲ ὄνος πεσὼν ἐκ τοῦ κόπου ἐτελεύτησεν. τοῦ δὲ δεσπότου πάντα ἐπιθέντος αὐτῷ, καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ ὄνου δορὰν, θρηνῶν ὁ ἵππος ἐβόα, οἴμοι τῷ πανάθλῳ, τί μοι συνέβη τῷ ταλαιπώρῳ; μὴ θελήσας γὰρ μικρὸν βάρος λαβεῖν, ἰδοὺ ἅπαντα βαστάζω, καὶ τὸ δέρμα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοῖς μικροῖς οἱ μεγάλοι συγκοινωνοῦντες, ἀμφότεροι σωθήσονται ἐν βίῳ.

quo, Tolle à me oneris partem, si vis me esse saluum. Illo non persuaso, Asinus cecidit, atq; è labore mortuus est. Ab hero autem omnibus impositis ei, & ipsa Asini pelle, conquerens Equus clamabat, Hei mihi miserrimo, quid mihi obrigit afflicto? quia enim parum oneris nolui accipere, ecce omnia gesto, & pellem.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, si magni cum paruis iungantur, vtrosque seruari in vita.

Ἄνθρωπος καὶ Σάτυρος.

Homo & Satyrus. 126



HOmo quidam cum Satyro inita ſocietate, vnà cum eo comedebat. Hyems verò & frigus quum acceſſiſſet, homo manus ſuas admotas ori afflabat. Rogante autem Satyro, quam ob cauſam hoc faceret, ait, Manus meas calefacio propter frigus. Sed paulò pòſt, edulio calido allato, homo admotum ori inſufflabat ipſum. Rogãte rurſus, quare id faceret, ait, Ferculum frigeſacio. Suſcepto ſermone Satyrus, Sed ego, ait, poſthac renũcio tuam amicitiam: quia ex eodem ore & calidum emittis, & frigidum.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, fugere nos amicitias oportere, quarum anceps eſt affectio.

Ἄνθρωπός τις πρὸς Σάτυρον φιλίαν ποιησάμενος, συνεσθίων ἦν αὐτῷ. χειμῶνος δὲ καὶ ψύχους γενομένου, ὁ ἄνθρωπος τὰς χεῖρας αὐτοῦ προσφέρων τῷ στόματι ἀπέπνει. τοῦ δὲ Σατύρου ἐπερωτήσαντος, δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο πράττει, ἔφη, τὰς χεῖρας μου θερμαίνω ἐκ τοῦ κρύους. μετὰ μικρὸν δὲ ἐδέσματος θερμοῦ προσενεχθέντος, ὁ ἄνθρωπος προσφέρων τῷ στόματι ἐφύσα αὐτό. πυνθανομένου δὲ πάλιν δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο πράττει, ἔφη, τὸ ἔδεσμα καταψύχω. ὑπολαβὼν δὲ ὁ Σάτυρος, ἀλλ' ἔγωγε, ἔφη, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποτάσσομαί σου τῆς φιλίας, ὅτι ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγεις.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ φεύγειν ἡμᾶς τὰς φιλίας, ὧν ἀμφίβολός ἐστιν ἡ διάθεσις.

Vulpes & Lignator. 127

VVlpes venatores fugiens, & in deſerto multa decurſa via, virum Lignatorem in eo inuenit, cui ſupplicabat vt ſe abſconderet. A quo ei oſtenſo ſuo tugurio, ingreſſa

Ἀλώπηξ καὶ Δρυοτόμος.

Ἀλώπηξ κυνηγοὺς φεύγουσα, καὶ ἐν ἐρημίᾳ πολὺν δρόμον ἀνύσασα, ἄνδρα δρυοτόμον εὑρίσκει ἐν ταύτῃ, ὃν καθικέτευε τοῦ κρύψαι αὐτήν, τοῦ δὲ ὑποδείξαντος αὐτῇ τὴν ἑαυτοῦ καλύβην, εἰσελθοῦσα ἐκρύπτετ



πτετο εἰς τὰς γωνίας· τῶν δὲ κυνηγετῶν ἐλθόντων, καὶ ἐρωτώντων τὸν ἄνδρα, οὗτος τῇ μὲν φωνῇ ἠρνεῖτο μηδὲν εἰδέναι, τῇ δὲ χειρὶ αὐτοῦ τὸν τόπον ὑπεδείκνυ. οἱ δὲ μὴ προσχόντες, ἀπῆλθον παραχρῆμα. ὡς οὖν εἶδεν αὐτοὺς ἡ Ἀλώπηξ παρελθόντας, ἐξῆλθεν οὐ προσφωνοῦσα. μεμφομένου δὲ αὐτὴν ἐκείνου, ὡς σωθεῖσαν μὲν δι᾽ αὐτοῦ, χάριτας δὲ αὐτῷ οὐχ ὁμολογούσαν, ἡ Ἀλώπηξ ἐπιστραφεῖσα, ἔφη ὦ οὗτος, ἀλλ᾽ ἔγωγε ᾔδειν ἄν σοι χάριτας, εἰ τοῖς λόγοις ὅμοια καὶ τὰ ἔργα τῆς χειρὸς, καὶ τοὺς τρόπους εἶχες.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς τοὺς χρηστὰ μὲν ἐπαγγελλομένους τοῖς λόγοις, ἐναντία δὲ ποιοῦντας τοῖς ἔργοις.

Ἄνθρω-

gressa delituit in angulis. Ac venatoribus profectis, & virum rogantibus, hic voce quidem negabat scire quidquam, sed manu locum eius demõstrabat. Hi verò quum non aduertissent, confestim abiere. Vt igitur vidit eos Vulpes præteriisse, exiuit nihil alloquuta. Illo autem ipsam accusante, quòd seruata à se gratias sibi non ageret, Vulpes conuersa inquit, Heus tu, ego verò egissem tibi gratias, si verbis similes & manuum gestus & mores habuisses.

AFFABVLATIO.

Fabula in eos qui verbis quidem vtilia promittunt, sed contrà rebus faciunt.

Homo

Homo perfractor ftatuæ. 128

Ἄνθρωπος καταθραύσας ἄγαλμα.



HOmo quidam ligneum habens deū, supplicabat vt sibi benefaceret. Quum igitur hæc faceret, & nihilominus in paupertate degeret, iratus eleuatum ipsum cruribus, proiecit in pauimentum. Illiso igitur capite, ac statim diffracto, auri quàm plurimum effluxit. quod ille iam quum colligeret, exclamabat, Peruersus es, vt puto, & ingratus. colenti enim mihi nequaquam profuisti, verberanti autē te multa donasti bona.

ΑΝθρωπός τις ξύλινον ἔχων θεὸν, καθικέτευε τοῦ ἀγαθοποιῆσαι αὐτὸν, ὡς οὖν ταῦτα ἔπραττεν, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐν πενίᾳ διῆγε, θυμωθεὶς, ἄρας αὐτὸν τῶν σκελῶν, ἔρριψεν εἰς τὸ ἔδαφος. προσκρουσάσης οὖν τῆς κεφαλῆς, καὶ αὐτίκα κλασθείσης, χρυσὸς ἐρρύσεν ὅτι πλεῖστος. ὅνπερ δὴ συνάγων ὁ ἄνθρωπος ἐβόα, στρεβλὸς ὑπάρχεις ὥς γε οἶμαι, καὶ ἀγνώμων. τιμῶντά σε γὰρ ἥκιστα με ὠφέλησας, τύπτοντα δέ σε πολλοῖς καλοῖς ἀμείβῃ.

Affa-

Επιμύ-

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐκ ὠφελήσῃ τιμῶν πονηρὸν ἄνθρωπον, τύπτων δὲ αὐτὸν μᾶλλον ὠφελήσῃ.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nō profuturum te tibi, honorando prauum hominem, sed verberando ipsum profuturum magis.

Ἄνθρωπος καὶ Κύων.

Ἄνθρωπός τις ἡτοίμαζε δεῖπνον ἑστιάσων τινὰ τῶν φίλων αὐτοῦ καὶ οἰκείων. ὁ δὲ Κύων αὐτοῦ ἄλλον κύνα ἐκάλει, λέγων, ὦ φίλε, δεῦρο συνδείπνησόν μοι. ὁ δὲ προσελθὼν, χαίρων ἵστατο, βλέπων τὸ μέγα δεῖπνον, βοῶν ἐν τῇ καρδίᾳ, βαβαί, πόση μοι χαρὰ ἄρτι ἐξαπιναίως ἐφάνη! τραφήσομαί τε γὰρ, καὶ εἰς κόρον δειπνήσω, ὥστε με αὔριον μὴ δαμῶς γε πεινάσειν. ταῦτα καθ' ἑαυτὸν λέγοντος τοῦ κυνὸς, καὶ ἅμα σείοντος τὴν κέρκον, ὡς δὴ εἰς τὸν φίλον θαρροῦντος ὁ μάγειρος, ὡς εἶδε τοῦτον ὧδε κἀκεῖσε τὴν κέρκον περιστρέφοντα, κατασχὼν τὰ σκέλη αὐτοῦ, ἔρριψε παραχρῆμα ἔξωθεν τῶν θυρίδων. ὁ δὲ κατιὼν, ἀπῄει μεγάλως κεκράζων. τῶν τις δὲ κυνῶν τῶν καθ' ὁδὸν αὐτῷ συναντώντων, ἐπηρώτα, πῶς ἐδείπνησας, φίλος; ὁ δὲ

Homo & Canis. 129

HOmo quidam parabat cœnam, accepturus amicum quendam suum & familiarem. Canis item ipsius alium inuitans Canem dicebat, O amice veni, cœna vnà mecum. Is quum accessisset, lętus adstabat, magnam spectans cœnam secum loquens, Papæ, quanta mihi lætitia nuper derepente oblata est: nam & nutriar, & ad satietatem cænabo, item vt nullo modo cras esuriã. Hæc secum quum diceret Canis, simulque moueret caudam, vt qui iam amico fideret, coquus vt vidit ipsum huc & illuc caudam circumagentem, arreptis ipsius cruribus, eiecit statim de fenestris. At is quũ decidisset, abibat vehemẽter exclamans. Sed Canũ quidam quum illa in via

occurrisset, percontabatur, vt bellè cœnatus es amice? Qui respondens ei dixit, Multo potu inebriatus supra satietatem, ne ipsam quidem viam qua egressus sum, noui.

πρὸς αὐτὸν ὑπολαβών, ἔφη, οὐκ ἐκ τῆς πολλῆς πόσεως μεθυσθεὶς ὑπὲρ κόρον, οὐδὲ τὴν ὁδὸν αὐτὴν ὅθεν ἐξῆλθον, οἶδα.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, non oportere confidere iis qui ex alienis benefacere pollicentur.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐ δεῖ θαῤῥεῖν τοῖς ἐξ ἀλλοτρίων εὖ ποιεῖν ἐπαγγελλομένοις.

Piscator. 130

Ἁλιεύς.



Piscator piscandi rudis, acceptis tibiis ac retibus, perrexit ad mare, & stans super petra quadam. primùm quidem sonabat tibiis, existimans ad vocis suauitatem pisces assilire.

ΑΛιεὺς ἁλιευτικῆς ἄπειρος, λαβὼν αὐλοὺς καὶ δίκτυα, παρεγένετο εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ στὰς ἐπί τινος πέτρας, τὸ μὲν πρότον ηὔλει, νομίζων πρὸς τὴν ἡδυφωνίαν τοὺς ἰχθύας ἐφάλλεσθαι.

λεαξ. ὡς δ' ἐπὶ πολὺ διαγωνιζόμενος ἤνυεν οὐδὲν, ἀποθέμενος τοὺς αὐλοὺς ἀναλαμβάνει τὸ ἀμφίβληστρον, καὶ βαλὼν κατὰ τοῦ ὕδατος, πολλοὺς ἰχθύας ἤγρευσεν. ἐκβαλὼν δὲ αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ δικτύου, ὡς εἶδε πηδῶντας, ἔφη, ὦ κάκιστα ζῶα, ὅτε ηὔλουν, οὐκ ὠρχεῖσθε ὅτε δὲ πέπαυμαι, τοῦτο ποιεῖτε.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς τοὺς παρὰ λόγον, καὶ παρὰ καιρὸν τι πράττοντας.

silire. Vt verò multum contendens nihil proficeret, depositis tibiis, assumit rete, ac iacto in aquam, multum piscium cepit. Quibus euacuato reti, vt salientes vidit, ait, O pessimæ animantes, quum sonabam tibia, non saltabatis: quum verò cessaui, id agitis.

AFFABVLATIO.

Fabula in eos qui præter rationem, & inopportunè aliquid agunt.

Βουκόλος.

Βουκόλος ἀγέλην ταύρων βόσκων, ἀπώλεσε μόσχον. περιελθὼν δὲ πᾶσαν τὴν ἔρημον, διετέλεσεν ἐρευνῶν. ὡς δὲ οὐδὲν εὑρεῖν ἠδυνήθη, ηὔξατο τῷ διΐ, ἂν τὸν λαβόντα μόσχον κλέπτην ὑποδείξῃ, ἔριφον εἰς θυσίαν προσάξειν. καὶ δὴ ἐρχόμενος εἴς τινα δρυμῶνα, εὑρίσκει λέοντα κατεσθίοντα τὸν μόσχον. ἔμφοβος οὖν γενόμενος, καὶ μέγα δειλιάσας, ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν, ὦ δέσποτα ζεῦ, ἐπηγγειλάμην σοι ἔριφον δώσειν, ἐὰν

Bubulcus. 131

BVbulcus armentum taurorum pascens amisit vitulum, lustrandiq; omnem solitudinē, indagando moram traxit, vbi autem inuenire nihil potuit, precatus est Iouem, si furem qui vitulum cepit ostenderit, hœdum in sacrificiū oblaturum. Cæterū proficiscens in quercetum quoddam, inuenit à Leone deuorari vitulum. Trepidus igitur, & perterrefactus eleuatis manibus suis in cœlū, ait, ô domine Iupiter, ꝓmiserā tibi hœdum

dum me daturum esse, si furem inuenirem: nunc taurum tibi polliceor sacrificaturum, si huius manus effugero.

AFFABVLATIO.

Fabula in homines infortunatos, qui dum carent, vt inueniant, precantur: quum inuenerint, quærunt effugere.

ἐὰν τὸν κλέπτην εὕρω· νῦν τοῦ ταῦρόν σοι θύσειν ὑπισχνοῦμαι, ἐὰν τούτου τὰς χεῖρας ἐκφύγω.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρας δυστυχεῖς, οἵ τινες ἀποροῦντες μὲν, εὔχονται εὑρεῖν, εὑρόντες δὲ, ζητοῦσιν ἀποφυγεῖν.

Coruus. 132

COruus ægrotans, ait Matri, Mater precare Deum, nec lamentare. Ea verò respondens, ait, Quis Deus, ô fili, miserebitur tui? cuius enim tu carnes non es furatus?

AFFABVLATIO.

Fabula significat, qui in vita multos inimicos habēt, eos amicum in necessitate inuenturos neminem.

Κόραξ.

ΚΟραξ νοσῶν ἔφη τῇ μητρὶ, μῆτερ εὔχου τῷ Θεῷ, καὶ μὴ θρήνει. ἡ δὲ ὑπολαβοῦσα ἔφη, τίς σε, ὦ τέκνον, τῶν Θεῶν ἐλεήσει; τίνος γὰρ κρέας ὑπὸ σοῦ γε οὐκ ἐκλάπη;

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ πολλοὺς ἐχθροὺς ἐν βίῳ ἔχοντες, οὐδένα φίλον ἐν ἀνάγκῃ εὑρήσουσιν.

Aquila. 133

SVper petrã Aquila sedebat, Leporem captura, hanc autem quidam percussit sagitta, quę intra ipsam ingressa est. Sed crena cum pennis ante oculos

Ἀετός.

ΥΠερκάνωθεν πέτρας Ἀετὸς ἐκαθέζετο, λαγωὸν θηρεῦσαι ζητῶν. τοῦτον δέ τις ἔβαλε τοξεύσας, καὶ τὸ μὲν βέλος ἐντὸς αὐτοῦ εἰσῆλθεν, ἡ δὲ γλυφὴ σὺν τοῖς πτερῶν

ρῶις περὶ τῶν ὀφθαλμῶν εἰσήκει. ὁ δὲ ἰδὼν ἔφη, καὶ τοῦτο μοι ἑτέρα λύπη, τὸ τοῖς ἰδίοις πτεροῖς ἐναποθνήσκειν.

los ſtabat: quam quum vidiſſet, Et hæc, inquit, mihi altera mœſtitia, quòd propriis pennis intercam.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεινόν ἐστιν, ὅταν τις ἐκ τῶν ἰδίων κινδυνεύσῃ.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, durum eſſe, quum quis à ſuis periculum patitur.

Τέττιξ καὶ Μύρμηκες.

Cicada & Formicæ. 134



ΧΕιμῶνος ὥρᾳ τὸν σῖτον βραχέντων, οἱ Μύρμηκες ἔψυχον. Τέττιξ δὲ λιμώττων ᾔτει αὐτοὺς τροφήν. οἱ δὲ Μύρμηκες εἶπον αὐτῷ, διὰ τί τὸ θέρος οὐ συνῆγες τροφήν; ὁ δὲ εἶπεν, οὐκ ἐσχόλαζον, ἀλλ᾽ ᾖδον μουσικῶς. οἱ δὲ γελάσαντες εἶπον, ἀλλ᾽ εἰ θέ-

HYemis tempore quũ triticum maderet, Formicæ ventilabant. Cicada autem eſuriens petebat ab eis cibum. Formicæ verò dixerunt ei, Cur æſtate non colligebas alimentum? hæc ait, Non eram ociosa, ſed canebam mu-

musicè. tum hæ ridentes dixerunt, Si ætate modulabaris, hyeme salta.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, non oportere quenquam aliqua in re esse negligentem, ne mœreat, ac periclitetur.

εἰ θέρους ὥραις ηὔλεις, χειμῶνος ὄρχου.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐ δεῖ τινα ἀμελεῖν ἐν παντὶ πράγματι, ἵνα μὴ λυπηθῇ καὶ κινδυνεύσῃ.

Vermis & Vulpes. 135

QVi sub cœno celabatur Vermis, super terram egressus, dicebat omnibus animalibus, Medicus sum medicaminum doctus, qualis est Pęon deorũ medicus. Et quomodo, ait vulpes, alios curas, te ipsum claudũ nõ curas?

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nisi præsto experientia fuerit, omne verbum inane esse.

Σκώληξ καὶ Ἀλώπηξ.

Ὁ τῷ πηλῷ κρυπτόμενος Σκώληξ, εἰς γῆν ἐξελθὼν, ἔλεγε πᾶσι τοῖς ζώοις, ἰατρὸς εἰμι φαρμάκων ἐπιστήμων, οἷος ἐστιν ὁ τῶν Θεῶν ἰατρὸς Παίων. καὶ πῶς, εἶπεν Ἀλώπηξ, ἄλλους ἰώμενος, σαυτὸν χωλὸν ὄντα οὐκ ἰάσω;

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἐὰν μὴ πρόχειρος ἡ πεῖρα, πᾶς λόγος ἀργὸς ὑπάρχει.

Gallina auripara. 136

GAllinam quis habẽs, oua aurea parientem, ratus intra ipsam auri massam inesse, occisam aliis Gallinis similem reperit. Hic multum sperans se inuenturum diuitiarum,

Ὄρνις χρυσοτόκος.

Ὄρνιθά τις εἶχεν ᾠὰ χρυσᾶ τίκτουσαν, καὶ νομίσας ἔνδον αὐτῆς ὄγκον χρυσίου εἶναι, κτείνας εὕρηκεν ὁμοίαν τῶν λοιπῶν ὀρνίθων. ὁ δὲ ἀθρόον πλοῦτον ἐλπίσας εὑρήσειν,



ρῆσιν, καὶ τῶν μικρῶν ἐστέρηται ἐκείνων.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ τοῖς παροῦσιν ἀρκεῖσθαι, καὶ τὴν ἀπληστίαν φεύγειν.

rum, etiam exiguis illis priuatus est.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, oportere contentum esse præsentibus & fugere insatiabilitatem.

Λέων καὶ Ἀλώπηξ.

Λέων γηράσας, καὶ μὴ δυνάμενος διαρκέσαι αὐτῷ εἰς τροφὴν, ἔγνω δι' ἐπινοίας τι πρᾶξαι. καὶ δὴ παραγενόμενος ἐν σπηλαίῳ τινὶ, καὶ κατακλιθεὶς, προσεποιεῖτο νοσεῖν. παραγενόμενα οὖν τὰ ζῶα ἐπισκέψεως χάριν, συλλαμβάνων κατήσθιεν αὐτά. πολλῶν οὖν ζώων ἀναλωθέντων, Ἀλώ-

Leo & Vulpes. 137

Leo senio confectus, quum suppeditare sibi cibum non posset, decreuit astu id facere. Itaq; profectus in antrũ quoddam, & deuolutus simulabat ægrotum. Aduenientes igitur animantes visitationis gratia, cõprehensas deuorabat. Multis igitur absumptis animantibus,



tibus, Vulpes ea arte cognita, acceſſit ad ipſum, & ſtans extra ſpeluncam rogabat, quomodo ſe haberet. Quum autem is dixiſſet, malè, cauſamq; rogaret, quamobrem non ingrederetur, Vulpes ait, quia me veſtigia terrent, omnia introrſum ſpectantia, nulla retrorſum.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, prudentes homines coniecturis prauiſa pericula euitare.

Ἀλώπηξ τὸ τέχνασμα τοῦ λέοντος γνοῦσα, παρεγένετο πρὸς αὐτὸν, καὶ στᾶσα ἔξωθεν τοῦ σπηλαίου ἐπυνθάνετο πῶς ἔχοι. τοῦ δὲ εἰπόντος, κακῶς, καὶ τὴν αἰτίαν πυνθανομένου, δι' ἣν οὐκ εἰσέρχεται; ἡ Ἀλώπηξ ἔφη, ὅτι ὁρῶ ἴχνη πολλῶν εἰσιόντων, ὀλίγων δὲ ἐξιόντων.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ φρόνιμοι τῶν ἀνθρώπων ἐκ τεκμηρίων προορώμενοι τοὺς κινδύνους ἐκφεύγουσιν.

Lupus & Vetula. 138

LVpus eſuriens circuibat quærens cibum. Profectus autẽ ad locum quen-

Λύκος καὶ Γραῦς.

ΛΥκος λιμώττων περιῄει ζητῶν τροφήν. γενόμενος δὲ κατά τινα τόπον, ἤκουσε



ἤκουσε παιδίου κλαίοντος· καὶ Γραὸς λεγούσης αὐτῷ, παῦσαι τοῦ κλαίειν· εἰ δὲ μὴ, τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ἐπιδώσω σε τῷ Λύκῳ. οἰόμενος δὴ ὁ Λύκος ὅτι ἀληθεύει ἡ Γραῦς ἵστατο πολλὴν ἐκδεχόμενος ὥραν. ὡς δ' ἑσπέρα κατέλαβεν, ἀκούει πάλιν τῆς Γραὸς κολακευούσης τὸ παιδίον, καὶ λεγούσης αὐτῷ, ἐὰν ἔλθῃ ὁ Λύκος δεῦρο, φονεύσομεν, ὦ τέκνον, αὐτόν. ταῦτα ἀκούσας ὁ Λύκος ἐπορεύετο, λέγων, ἐν ταύτῃ τῇ ἐπαύλει ἄλλα μὲν λέγουσιν, ἄλλα δὲ πράττουσιν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἀνθρώπους, οἵτινες τὰ ἔργα τοῖς λόγοις οὐκ ἔχουσιν ὅμοια.

Ἔριφος

quendam audiuit lugentem puerulum, eiq; dicentem anum, Desine plorare: sin minus hac hora tradam te Lupo. Ratus igitur Lupus serio loqui aniculam, exspectabat ad multam horam. Sed quum aduenisset vespera, audit rursus anum blandientem puerulo, ac dicentem, Si venerit Lupus huc, interficiemus eum, fili. His auditis Lupus abiens dicebat, In hoc tugurio aliud dicunt, aliud faciunt.

AFFABVLATIO.

Fabula in homines, quorum facta verbis non respondent.

Hoedus

Hœdus & Lupus. 139 Ἔριφος καὶ Λύκος.



HOedus super tecto quodam quum staret, viso lupo prætereunte, conuiciabatur, & mordebat ipsum. sed Lupus ait, Heus tu, non tu mihi, sed locus conuiciatur.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, plerũque & locum & tempus præbere audaciam aduersus præstantiores.

Ἔριφος ἐπί τινος δώματος, ἑστὼς, ἐπειδὴ, λύκον παριόντα εἶδεν, ἐλοιδόρει καὶ ἔσκωπτεν αὐτόν. ὁ δὲ λύκος ἔφη, ὦ οὗτος, οὐ σύ με λοιδορεῖς, ἀλλ' ὁ τόπος.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλάκις καὶ ὁ τόπος καὶ ὁ καιρὸς δίδωσι τὸ θράσος κατὰ τῶν ἀμεινόνων.

Mulus. 140 Ἡμίονος.

MVlus ordeo pinguefactus, lasciuiebat cla-

Ἡμίονος ἐκ κριθῆς παχυνθεὶς, ἀνεσκίρτησε βοῶν

βοῶν καὶ λέγων, πατήρ μου ἐστὶν ἵππος ὁ ταχυδρόμος κἀγὼ αὐτῷ ὅλος ἀφωμοιώθην, καί ποτε ἀνάγκης ἐπελθούσης τρέχειν, ἐπειδὴ τοῦ δρόμου ἐπαύσατο, τοῦ πατρὸς ὄνου εὐθὺς ὑπεμνήσθη.

Επιμύθιον

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι κἂν ὁ χρόνος εἰς δόξαν φέρῃ τινά, τῆς ἑαυτοῦ μέμνησθω τύχης μὴ ἐπιλανθανέσθω, ἀβέβαιος γὰρ ὁ βίος οὗτος.

clamans ac dicens, Pater meus est equus cursor. & ego ei totus sum similis. atq; aliquando quum necesse foret ei currere, vt à cursu cessauit, patris Asini statim recordatus est.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, etsi tempus ad gloriã promoueat aliquẽ, non sua tamen ipsius fortunæ obliuiscatur: instabilis enim est vita hæc.

Ὄφις καὶ Γεωργός.

Serpens & Agricola. 141



Ὄφις ἐν Γεωργοῦ προθύροις φωλεύων, ἀνεῖλεν αὐτοῦ τὸ νήπιον παιδίον. πένθος δὲ τοῖς γονεῦσιν ἐγένετο μέγα. ὁ δὲ πατὴρ ὑπὸ τῆς λύ-

Serpens in agricolæ vestibulis delitescens, sustulit eius infantẽ puerulum. Luctus autẽ parentibus fuit magnus. at pater præ

præ mœrore accepta securi, egressum Serpentem occisurus erat. Vt verò prospexit parumper, festinãs agricola vt ipsum percuteret, errauit, tantùm percusso foraminis orificio. Digresso autem Serpente, agricola ratus Serpentem non ampliùs iniuriæ meminisse, accepit panem & salem, apposuitque in foramine. Sed Serpens tenui sibilo ait, non erit nobis posthac fides amicitiaue, quamdiu ego lapidem video, tu filii tumulum.

τῆς λύπης πέλεκυν λαβὼν, ἔμελλεν τὸν ὄφιν ἐξελθόντα φονεύσειν. ὡς δὲ ἔκυψε μικρὸν ἀτεύσας ὁ γεωργὸς τοῦ πατάξαι αὐτὸ, ἠστόχησε, μόνον κρούσας τὴν τῆς τρώγλης ὀπήν. ἀπελθόντος δὲ τοῦ Ὄφεως, ὁ Γεωργὸς νομίσας τὸν μηκέτι μνησικακεῖν, λαβὼν ἄρτον καὶ ἅλας, ἔθηκεν ἐν τῇ τρώγλῃ. ὁ δὲ Ὄφις λεπτὸν συρίξας, εἶπεν, οὐκ ἔσται ἡμῖν ἀπάρτι πίστις ἢ φιλία, ἕως ἂν ἐγὼ τὴν πέτραν ὁρῶ, σὺ δὲ τὸν τύμβον τοῦ τέκνου.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nullum odii aut vindictæ obliuisci, quamdiu videt monimentum, quo tristatus est.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐδεὶς μίσους, ἢ ἀμοιβῆς ἐπιλανθάνεται, ἐφ' ὅσον βλέπει μνημόσυνον, δι' οὗ ἐλυπήθη.

Tubicen. 142

TVbicen exercitũ congregans, ac superatus ab hostibus clamabat, Ne me temerè & frustrà viri, occidite: Non enim vestrum quemquam occidi: nam præter æs hoc possideo aliud nihil, & hi ad ipsum dixere, Ob id magis morie-

Σαλπιγκτής.

ΣΑλπιγκτὴς στρατὸν ἐπισυνάγων, καὶ κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐβόα, μὴ κτείνετέ με, ὦ ἄνδρες, εἰκῆ καὶ μάτην. οὐδένα γὰρ ὑμῶν ἀπέκτεινα, πλὴν γὰρ τοῦ χαλκοῦ τούτου οὐδὲν κέκτημαι. οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφασαν, διὰ τοῦτο γὰρ μᾶλλον τεθνήξῃ, ὅτι σὺ μὴ



σὺ μὴ δυνάμενος πολεμεῖν, τοὺς πάντας πρὸς μάχην ἐγείρεις.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πλέον πταίουσιν, οἱ τοὺς κακοὺς καὶ βαρεῖς δυνάστας ἐπεγείροντες εἰς τὸ κακοποιεῖν.

moueris, qui quum nequeas ipse pugnare, omneis ad pugnā excitas.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, plus peccare, qui malos ac graueis prnicipes concitant ad malè agendum.

Κάλαμος καὶ Ἐλαία.

Διὰ καρτερίαν καὶ ἰσχὺν καὶ ἡσυχίαν, Κάλαμος καὶ Ἐλαία ἤριζον. τοῦ δὲ καλάμου ὀνειδιζομένου ὑπὸ τῆς ἐλαίας, ὡς ἀδυνάτου καὶ ῥαδίως ὑποκλινομένου πᾶσι τοῖς ἀνέμοις, ὁ κάλαμος σιωπῶν οὐκ ἐφθέγξατο. καὶ μικρὸν ὑπομείνας, ἐπειδὴ ἄνεμος ἔπνευσεν ἰσχυρὸς, ὁ δὲ

Arundo & Oliua. 143

DE tolerantia, & viribus, & quiete, Arundo & Oliua contendebāt. Quum autem arundini oliua conuicium faceret, vtpote imbecillæ, ac facilè cedenti ventis omnibus, arundo tacendo nihil loquuta est. Ac parumper præstolata, vbi acer afflauit



uit ventus, arundo succussa, & declinata ventis, facilè euasit, oliua autem quum ventis restitisset vi diffracta est.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, eos qui tempori ac præstantioribus non resistunt, meliores esse iis qui cum potentioribus contendunt.

ὁ μὲν κάλαμος ὑποσεισθεὶς καὶ ὑποκλινθεὶς τοῖς ἀνέμοις, ῥαδίως διεσώθη. ἡ δὲ ἐλαία ἐπειδὴ ἀντέτεινε τοῖς ἀνέμοις, κατεκλάσθη τῇ βίᾳ.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τῷ καιρῷ καὶ τοῖς κρείττοσιν αὐτῶν μὴ ἀνθιστάμενοι, κρείττους εἰσὶ τῶν πρὸς μείζονας φιλονεικούντων.

Lupus & Grus. 144

LVpus gutturi osse infixo, mercedem Grui se præbiturum dixit, si capite iniecto os ex gutture sibi extraxerit. hæc autē eo extracto, quippe quæ procero esset collo, mer-

Λύκος καὶ Γέρανος.

ΛΥκου λαιμῷ ὀστέον ἐπεπήγει. ὁ δὲ Γεράνῳ μισθὸν παρέξειν εἶπεν, εἰ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἐπιβαλοῦσα, τὸ ὀστοῦν ἐκ τοῦ λαιμοῦ αὐτοῦ ἐκβάλοι. ἡ δὲ τοῦτ' ἐκβαλοῦσα, δολιχόδειρος οὖσα,

ξέσε, τὸν μισθὸν ἐπιζήτει. ὅς τις γελάσας, καὶ τοὺς ὀδόντας θήξας, ἀρκεῖ σοι μισθὸς, ἔφη, τοῦτο καὶ μόνον, ὅτι ἐκ λύκου στόματος καὶ ὀδόντων ἐξῆρες κάραν σῶαν μηδὲν παθοῦσαν.

mercedem efflagitabat. Qui subridendo, dentesq; exacuendo, Sufficiat tibi, ait, illa sola merces, quòd ex ore Lupi & dentibus saluum caput & illæsum exemeris.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρας, οἵ τινες ἀπὸ κινδύνου διασωθέντες, τοῖς εὐεργέταις τοιαύτας ἀπονέμουσι χάριτας.

AFFABVLATIO.

Fabula in viros, qui à periculo seruati, bene de se meritis eam gratiam referunt.

Ἀλέκτορες. Galli. 145



Ἀλεκτόρων δύο μαχομένων περὶ θηλειῶν ὀρνίθων, ὁ εἷς τὸν ἕτερον κατετρόπωσε, καὶ ὁ μὲν ἡττηθεὶς, εἰς τόπον κατάσκιον ἀπιὼν ἐκρύβη. ὁ δὲ νικήσας, εἰς

DVobus Gallis pugnantibus de Gallinis fœminis alter alterum in fugam vertit ac victus in locum obscurum profectus delituit. Sed qui vicit, in al-

in altum eleuatus, ſtanſq; ſuper alto pariete, magna voce clamauit: & ſtatim aduolans Aquila, eum rapuit. At qui in tenebris deliteſcebat, ex illo intrepidè gallinas conſcendit.

AFFABVLATIO.

Fabula ſignificat, Dominum ſuperbis reſiſtere, dare autem humilibus gratiam.

εἰς ὕψος ἀρθεὶς, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ τοίχου στὰς, μεγαλοφώνως ἐβόησε, καὶ παραυθὺς Ἀετὸς καταπτὰς, ἥρπασεν αὐτὸν, ὁ δ' ἐν σκότῳ κεκρυμμένος, ἀδεῶς ἔκτοτε ταῖς θηλείαις ἐπέβαινε.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

Senex & Mors. 146

Γέρων καὶ Θάνατος.



SEnex olim inciſa à ſe ligna quũ ferret, multã ibat viam, ac ob multum laborem depoſito in loco quodam onere, mortem inuo-

ΓΈρων ποτὲ ξύλα κόψας, ταῦτα φέρων, πολλὴν ὁδὸν ἐβάδιζε, καὶ διὰ τὸν πολὺν κόπον ἀποθέμενος ἔν τινι τόπῳ τὸ φορτίον, τὸν Θάνατον

τὸν ἐπεκαλεῖτο. τοῦ δὲ Θανάτου παρελθόντος, καὶ πυνθανομένου τὴν αἰτίαν δι' ἣν αὐτὸν ἐκάλει, δειλιάσας ὁ γέρων ἔφη, ἵνα μου τὸν φόρτον ἄρῃς.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος φιλόζωος, εἰ καὶ δυστυχεῖ, καὶ πτωχός ἐστι.

inuocabat. Sed mors quũ adesset, causamque peteret, propter quam se vocaret, perterrefactus senex ait, vt meum onus attollas.

AFFABVLATIO.

Fabula significat, omnem hominem esse vitæ studiosum, licet infortunatus sit, & mendicus.

Βάτραχοι.

Βάτραχοι δύο ξηρανθείσης τῆς λίμνης ἐν ᾗ κατῴκουν, περιῄεσαν ζητοῦντες ποῦ καταμεῖναι. καὶ ἐλθόντες εἰς φρέαρ βαθὺ, καὶ κύψαντες κάτω, καὶ ἰδόντες τὸ ὕδωρ, ὁ μὲν εἷς συνεβούλευεν, ἵνα πηδήσωσι παραυτίκα κάτω· ὁ δ' ἕτερος εἶπεν. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ξηρανθῇ, πῶς δυνησόμεθα ἀναβῆναι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἄνευ συμβουλῆς μὴ ποιεῖν τι.

Ranæ. 147

DVæ Ranæ siccata palude vbi habitabant circumibant quærendo vbi manerent. ac profectæ in profundum puteum, & acclinatæ deorsum, visa aqua, altera consulebat, vt saltarent continuò deorsum: altera verò ait, Si & hic aruerit, quomodo poterimus ascendere?

AFFABVLATIO.

Fabula significat, nequid inconsultò fiat.

Ἀρνὸς καὶ Λύκος.

Ἀρνὸς ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου ἱστάμενος Λύκον κάτωθεν παριόντα τὴν ὁδὸν ἐσκώ-

πτε,

Agnus & Lupus. 148

AGnus in alto quum staret loco, Lupum inferiùs prætereuntem vi-

 dens,



am, maledictis insectabatur, & feram malam & crudiuoram appellabat. Sed Lupus conuersus, ait ad ipsum, Non tu contumeliaris mihi, sed vbi stas turris.

πτε, καὶ θηρίον κακὸν ἀπεκάλει καὶ ὠμοβόρον. ὁ δὲ λύκος στραφεὶς, εἶπε πρὸς αὐτὸν, οὐ σύ με λοιδορεῖς, ἀλλ' ὁ πύργος ἐν ᾧ ἵστασαι.

AFFABVLATIO.

Fabula ad eos qui ferunt iniurias ab indignis hominibus metu sublimiorum.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς τοὺς ὑπομένοντας ὕβριν ἀπὸ ἀναξίων ἀνθρώπων διὰ φόβον ὑψηλοτέρων.

Culex & Leo. 149

CVlex ad Leonem accedens, ait, Neq; timeo te, neque fortior me es. Sin minus, quod tibi est robur? quòd laceras vnguibus, & mordes dentibus

Κώνωψ καὶ Λέων.

ΚΩνωψ πρὸς Λέοντα ἐλθὼν εἶπε, οὐδὲ φοβοῦμαί σε, οὐδὲ δυνατώτερός μου εἶ. εἰ δὲ μὴ, τί σοί ἐστιν ἡ δύναμις; ὅτι ξύεις τοῖς ὄνυξι, καὶ δάκνεις τοῖς ὀδοῦσι; τοῦτο

τοῦτο καὶ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ μαχομένη ποιεῖ. ἐγὼ δὲ λίαν ὑπάρχω σου ἰσχυρότερος. εἰ δὲ θέλεις, ἔλθωμεν καὶ εἰς πόλεμον. καὶ σαλπίσας ὁ Κώνωψ, ἐνεπήγετο δάκνων τὰ περὶ τὰς ῥῖνας αὐτοῦ ἄτριχα πρόσωπα. ὁ δὲ Λέων τοῖς ἰδίοις ὄνυξι κατέλυεν ἑαυτόν, ἕως οὗ ἠγανάκτησεν. ὁ Κώνωψ δὲ νικήσας τὸν Λέοντα, καὶ σαλπίσας, καὶ ἐπινίκιον ᾄσας, ἔπτατο. Ἀράχνης δὲ δεσμῷ ἐμπλακεὶς, ἐσθιόμενος ἀπωδύρετο, ὅτι μεγίστοις πολεμῶν, ὑπὸ εὐτελοῦς ζώου τῆς Ἀράχνης ἀπώλετο.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς τοὺς καταβάλλοντας, μεγάλα, καὶ ὑπὸ μικρῶν καταβαλλομένους.

bus? hoc & fœmina cum viro pugnans facit. Ego verò longè sum te fortior. Si verò vis, veniamus ad pugnam. Et quum tuba cecinisset, Culex inhæsit mordens circa nares ipsius leues genas. Leo autem propriis vnguibus dilaniauit seipsum, donec indignatus est. Culex autem victo Leone quum sonuisset tuba, & epinicium cecinisset, auolauit. Araneæ verò vinculo implicitus, quum deuoraretur, lamẽtabatur, quòd cum maximis pugnans, à vili animali Aranea occideretur.

AFFABVLATIO.

Fabula in eos qui prosternunt magnos, & à paruis prosternuntur.

SEQVVNTVR FABVLÆ NVNQVAM HActenus Editæ.

Aquila & Homo. 150

AQuila ab Homine capta aliquando, pennis euulsis domi inter Gallinas dimittitur. Præ mœrore verò tristis erat demissoque capite. Eam deinde mercatus alter, alas statim addidit eidem: quę tum auolans raptum continuo Leporem muneri offert benefactori suo. Quam rem intuita Vulpes, ne huic exclamat, munera offeras, sed priori: ne rursus captam, pennis te priuet vt prius tuis.

ADFABVLATIO.

Oportere benefactoribus gratiam referre: malos verò deuitare monet fabula.

Ἀετὸς καὶ Ἄνθρωπος.

ΑΕτὸς ποτὲ ἑάλω ὑπ' ἀνθρώπου. οὗτος τὰ πτερὰ αὐτοῦ εὐθέως κόψας, αὐτὸν ἐν οἴκῳ σὺν ὄρνιθοις εἴασεν. ὁ δὲ κατηφὴς ὑπῆρχεν ἐκ τῆς λύπης. ἕτερος δὲ τοῦτον ἐξαγοράσας, ἀνεπτέρωσε τὸν ἀετὸν αὖθις. ὁ δὲ πετασθεὶς, καὶ λαγωὸν κρατήσας, ἤνεγκεν εὐθὺς δῶρον τῷ εὐεργέτῃ τοῦτον. Ἀλώπηξ κατιδοῦσα ἔφα, μὴ τοῦτον ξένιζε, ἀλλὰ τὸν πρότερον, μήπως σε πάλιν κυνηγήσῃ, καὶ τῶν πτερῶν στερήσῃ τῶν σῶν, ὡς καὶ τὸ πρότερον.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ χρηστὰς ἀμοιβὰς τοῖς εὐεργέταις παρέχειν, τοὺς δὲ κακοὺς ἐκκλίνειν.

Statuam Vendens. 151

Ἀγαλματοπώλης.

Ξύλινόν τις ἑρμῆν κατασκευάσας, τοῦτον προσενεγκὼν ἐπώλει. μηδὲ ὠνητοῦ προσιόντος, ἐκκαλέσασθαί τινας βουλόμενος, ἐβόα, ὡς ἀγαθοποιὸν δαίμονα, καὶ κέρδους τηρητικὸν πιπράσκει. τῶν δὲ παρατυχόντων, τινὸς εἰπόντος πρὸς αὐτὸν, ὦ οὗτος, καὶ τί τοῦτον τοιοῦτον ὄντα πωλεῖς; δέον τὴν παρ' αὐτοῦ ὠφελειῶν ἀπολαύειν. ἀπεκρίνατο, ὅτι ἐγὼ μὲν ταχείας ὠφελείας τινὸς ἐπιδέομαι, αὐτὸς δὲ βραδέως εἴωθεν τὰ κέρδη περιποιεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Πρὸς ἄνδρα αἰσχροκερδῆ, καὶ τὸ θεῖον περιφρονοῦντα.

L Igneum Mercurium, quem efformauerat. adductũ diuendebat quispiam. Emptore verò nullo accedente, quosdã inuitaturus clamabat, se benefactorem Deum & lucrificum vendere. Cui ex circumstantibus quidam cum dixisset, Quid ergo, ô iste, talis cum sit, diuendis? cum deberes commodis ab eo oriundis frui. respõdit, Subiti indigeo commodi; ille verò tardiusculè solet lucrum parere.

ADFABVLATIO.

In hominem turpilucricupidum, & Numem contemnentem.

Ἀηδὼν καὶ Χελιδών.

Ἀηδόνι συνεβούλευε χελιδὼν τοῖς ἀνθρώποις εἶναι ὁμόροφον καὶ σύνοικον ὡς αὐτή. ἡ δὲ εἶπεν, οὐ θέλω τὴν λύπην τῶν παλαιῶν μου συμφορῶν μεμνῆσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἐρήμους οἰκῶ. ἡ μὲν χελιδὼν, τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀνθρώπων παρεικάζεται. ἡ δὲ ἀηδὼν τοῖς φιλερήμοις κατὰ τὸν θεὸν μοναχοῖς,

Luscinia & Hirundo. 152

LVsciniæ consulebat Hirundo, vt hominibus fieret contubernalis, iisque, vt ipsa, cohabitaret. At illa, nolo, inquit, veterum calamitatũ memoriam refricare; Ideò deserta colo. Hirundo hominibus qui in mundo sunt, assimilatur. Luscinia verò, solitudinem amantibus monachis secun-



dum Deum, qui mundum effugere.

ADFABVLATIO.

Eum qui aliquo casu læsus est, locum etiā ipsum fugere velle, vbi accidit. tristitia.

χοῖς, οἵ τινες τῷ κόσμῳ ἔφυγον.

Επιμύθιον.

Οτι τὸν λυπηθέντα ἐκ τινος τύχης, καὶ τὸν τόπον φεύγειν θέλει, ἔνθα ἡ λύπη συνέβη.

Caprarius & Capræ. 153

IN desertam speluncam Caprarius hyeme deductis capris, syluestres inibi reperit capras, hircosque longe plures quam habuit & grandiores. Propriis ergò propter agrestes dimissis capris, illas educauit frondibus. Vbi verò serenitas aduenit, proprias quidem demortuas fame repe-

Αἰγοβόσκος καὶ Αἶγες.

ΕΝ σπηλαίῳ ἀοικήτῳ αἰγοβόσκος ἐν χειμῶνι αἶγας ἤγαγεν. εὗρεν δὲ ἐκεῖ ἀγρίας αἶγας καὶ τράγους, πλείονας ὧν εἶχεν αὐτὸς, καὶ μείζους. τὰς ἰδίας δὲ ἀφεὶς ἐπὶ ταῖς ἀγρίαις, ταύτας ἔτρεφε τοῖς φύλλοις. ὅτε δὲ εὐδία γέγονε, τὰς μὲν ἰδίας εὗρε τεθνεώσας ἐκ τοῦ λιμοῦ. αἱ δὲ ἄγριαι, πρὸς τὸ ὄρος ἔφυγον.



γον. ὁ δὲ αἰπόλος γελάσας, εἰς τὸν οἶκον ἦλθε κενός.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι οὐδαμῶς ἡμᾶς πρέπει ἀμελεῖν τῶν οἰκείων, ἐπ' ἐλπίδι κέρδους ἐξ ἀλλοτρίων γενομένου.

periit. lytuestres vero in montem effugere. At caprarius ridens domũ abiit vacuus.

ADFABVLATIO.

Non decet vllo modo nos propria negligere spe lucri ex alienis rebus futuri.

Αἰγοβόσκος καὶ Αἴξ.

Αἰγοβόσκος τὰς αἶγας ἀνεκαλεῖτο πρὸς μάνδραν· μία δὲ ἐξ αὐτῶν ὑπελείφθη, ἡδύ τι βοσκομένη. ῥίψας δ' ὁ ποιμὴν πέτραν, τὸ κέρας αὐτῆς κατέαξεν δυστυχήσας. ἐδυσώπει δὲ τὴν αἶγα μὴ εἰπεῖν τοῦτο τῷ δεσπότῃ. ἡ δὲ εἶπεν, καὶ ἐγὼ σιωπήσω, πῶς κρύψω; πρό-

Caprarius & Capra. 154

CAprarius dum capras ad caulam conuocat, vna ex iis, dulcius quid vorans restitit. Iacto verò dextrè lapide pastor cum cornu eius fregisset, rogabat capram, ne hoc hero deferret. Cui illa, etsi taceam, qui id occuluero? Pate-



Patebit omnibus quassatum meum cornu.

ADFABVLATIO.

Causa aliqua manifesta cum est, occultari nequit.

πρόδηλον ἐπὶ πᾶσι τὸ κέρας μου κεκλασμένον.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι τῆς αἰτίας προδήλου οὔσης, οὐ δυνατὸν ταύτην κρύψαι.

Feles & Gallinæ. 155

FEles in villa ægrotare Gallinas audiens, medici adsumpto habitu, instrumentisque arti necessariis, accessit: stansq; ante villam, rogauit quomodo se haberent. Illæ verò, Bene quidem, subiecere, dummodo tu hinc discedas.

ADFABVLATIO.

Sic & hominum improbi, pru-

Αἴλουρος καὶ Ὄρνεις.

ΑΙλουρος ἀκούσας ἔν τινι αὐλαίᾳ, ὡς ἐπαύλοι ὄρνεις νοσοῦσι, σχηματισθεὶς ἑαυτὸν εἰς ἰατρὸν, καὶ τὰ τῆς ἐπιστήμης πρόσφορα ἐργαλεῖα παρεγένετο: καὶ στὰς πρὸ τῆς ἐπαύλεως, ἐπυνθάνετο πῶς ἔχοιεν. Αἱ δὲ ὑποτυχοῦσαι, καλῶς, ἔφησαν, ἐὰν σὺ ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῇς.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ πονηροὶ,

πονηροὶ, τοὺς φρονίμους οὐ λανθάνουσι, κἂν μάλιστα ὑποκρίνονται.

bi, prudentes non latent, etiamsi maxime simulent.

Αἲξ καὶ Ὄνος.

ΑΙγα καὶ Ὄνον ἔτρεφέ τις. ἡ δὲ Αἲξ φθονήσασα τῷ Ὄνῳ διὰ τὸ περισσὸν τῆς τροφῆς, ἔλεγεν ὡς ἄπειρα κολάζῃ, ποτὲ μὲν ἀλήθων, ποτὲ δὲ ἀχθοφορῶν· καὶ συνεβούλευεν ἐπίληπτον ἑαυτὸν ποιῆσαι, καταπεσεῖν ἔν τινι βόθρῳ καὶ ἀναπαύσεως τυχεῖν. ὁ δὲ πιστεύσας καὶ πεσὼν, συνετρίβη. ὁ δὲ δεσπότης, τὸν ἰατρὸν καλέσας, ᾔτει βοηθεῖν. ὁ δὲ αἰγὸς πνεύμονα ἐγχυματίσαι ἔλεγεν αὐτῷ, καὶ τῆς ὑγείας τυχεῖν. τὴν δὲ αἶγα θύσαντες, τὸν Ὄνον ἰάτρευον.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι ὅστις καθ' ἑτέρου δόλια μηχανᾶται, ἑαυτῷ γίνεται τῶν κακῶν ἀρχηγός.

Asinus & Capra. 156

ASinum vna & caprã, nutriebat quidam: Capra verò escam asino inuidens abundantẽ, suggessit ei, vt immense plecteretur, modo molens, modo onera ferens: consuluitque vt comitiali simulato morbo, in foueam decidẽs, frueretur requie. Fide habita capræ delapsus asinus, contritus est. Herus euocatum medicum vt asino opitularetur, rogauit: ille capræ pulmonem infundere iussit, eoque pacto sanatum iri asinum. Illi mactata capra asinum sanauêre.

ADFABVLATIO.

Qui aliis dolos tendit, sibi ipsi est malorum auctor.

Ἁλιεύς.

ΑΛιεὺς τὸ πρὸς ἄγραν δίκτυον ἐκ τῆς θαλάσσης ἐκβαλὼν, τῶν μὲν μεγά-

Piscator. 157

PIscator piscatorium rete è mari extrahens, maiores quidem pisces

 ha-



habuit, eosque in terram expandit. Minores verò pisciculi, per foramina effugere in mare.

μεγάλων ἰχθύων ἐγκρατὴς γέγονε, καὶ τούτους ἐν τῇ γῇ ἥπλωσεν. οἱ δὲ βραχίτεροι τῶν ἰχθύων, διὰ τῶν τρυμαλιῶν διέδρασαν ἐν τῇ θαλάσσῃ.

ADFABVLATIO.

Facile seruantur ii qui multa non possident. Qui verò præstantes æstimantur rarò videas effugere pœnam.

Επιμύθιον.

Ὅτι εὔκολον εἰς σωτηρίαν τοῖς μὴ μεγάλων ἐντυχοῦσιν· τοὺς δὲ μέγα ὄντας τῇ δόξῃ, σπανίως ἴδῃς ἐκφεύγειν τὴν δίκην.

Vulpes. 158

VVlpes ad Mæandrium fluuium aliquando conuenere, vt ex eo potarent. quod autem magno impetu flueret aqua, mutuo sese compellentes, ingredi non audebant. cum è reliquis vna in medium

Ἀλώπεκες.

ΠΟτὲ ἀλώπεκες ἐπὶ τὸν Μαίανδρον ποταμὸν συνηθροίσθησαν, πιεῖν ἐξ αὐτοῦ θέλουσαι. διὰ δὲ τὸ ῥοιζηδὸν φέρεσθαι τὸ ὕδωρ, ἀλλήλας προτρεπόμεναι, οὐκ ἐτόλμων εἰσελθεῖν. μιᾶς δὲ αὐτῶν διεξιούσης,

ξιούσης, ἐπὶ τῷ ἐυτπλίξειν τὰς λοιπὰς, καὶ δειλίαν καταγελώσης, ἑαυτὴν ὡς γενναιοτέραν προκρίνασα, θαρσαλέως εἰς τὸ ὕδωρ ἐπήδησεν. τοῦ δὲ ῥεύματος ταύτην εἰς μέσον κατασύραντος, καὶ τῶν λοιπῶν παρὰ τὴν ἄχθην τοῦ ποταμοῦ ἑστηκυιῶν, πρὸς αὐτὴν εἶπον, μὴ ἐάσῃς ἡμᾶς, ἀλλὰ στραφεῖσα ὑπόδειξον τὴν εἴσοδον, δι' ἧς ἀκινδύνως δυνησόμεθα πιεῖν. ἐκείνη ἀπαγομένη ἔλεγεν, ἀπόκρισιν ἔχω εἰς Μίλητον, καὶ ταύτην ἐκεῖσε ἀποκομίσαι βούλομαι. σὺ δὲ τῷ ἐπανιέναι με, ὑποδείξω ὑμῖν.

Ἐπιμύθιον.

Πρὸς τοὺς κατὰ ἀλαζονείαν ἑαυτοῖς κίνδυνον ἐπιφέροντας.

dium prodiens, vt cæteros contemneret, timoremque irrideret, & ſeipſam vt animoſam oſtenderet, audacter in fluentum deſiluit. Aquarum verò impetu eam in medium proripiente, cæteræ in ripa ſtantes ſic eam ſunt allocutæ, ne nos derelinquas, ſed reuerſa demonſtra, qua ingreſſis tuto liceat bibere. Illa abducta ait, Reſponſum mihi eſt Miletam deferendum; id eo deferre volo, cum reuertar introitum vobis demonſtrabo.

ADFABVLATIO.

In eos, qui per iactantiam ſibi ipſis creant pericula.

Ἀλώπηξ καὶ Βότρυς.

Βότρυας πεπείρους Ἀλώπηξ κρεμαμένους ἰδοῦσα, τούτους ἐπειρᾶτο καταφαγεῖν. Πολλὰ δὲ καμοῦσα καὶ μὴ δυνηθεῖσα ψαῦσαι, τὴν λύπην δὲ παραμυθουμένη ἔλεγεν, ὄμφακες ἔτι εἰσίν.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι

Vulpes & Vuæ. 159

PEndentes vuas intuita Vulpes, deuorare conabatur. Multũ verò laboris cũ exantlaſſet, neq; attingere poſſet, mœrorem ſolata ſuum dixit, acerbæ adhuc ſunt & immaturæ.

ADFABVLATIO.

Eo

Eos notat fabula, qui propter imbecillitatem aliqua re frustrati, illud mendacio conantur tegere.

Ὅτι τοὺς διʼ ἀδυναμίας τινὸς ἀποτυγχάνοντας πράγματος, καὶ θέλοντας τοῦτο διὰ ψεύδους καλύψαι, ἐλέγχει ὁ μῦθος.

Vulpes & Canis. 160

Ἀλώπηξ καὶ Κύων.



VVlpes & ouium gregem adgressa lactantium, agnum excipiens deosculari simulauit. Percunctante vero cane quid faceret, cum inquit lacto, & colludo. cui Canis, nisi agnum à te citius dimiseris, tibi inferam quæ sunt canum.

ADFABVLATIO.

Oportuna in versipellem & furacem hominem oratio.

Ἀλώπηξ εἰς ἀγέλην προβάτων εἰσελθοῦσα, θηλαζόντων, τὸν ἀρνὸν ἀναλαβομένη προσεποιεῖτο καταφιλεῖν. ἐρωτηθεῖσα δὲ ὑπὸ κυνὸς τί τοῦτο ποιεῖς; τιθηνοῦμαι αὐτὸ, ἔφη, καὶ προσπαίζω. καὶ ὁ κύων, ἔφη, καὶ νῦν ἐὰν μὴ ἀφῆς τὸ ἀρνίον ἀφʼ ἑαυτῆς, τὰ κυνῶν σοι προσοίσω.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος εὔκαιρος πρὸς ἄνδρα ῥᾳδιουργὸν καὶ κλέπτην.

Vul- Ἀλώ-

Ἀλώπηξ καὶ λιμώττουσα.

Ἀλώπηξ λιμώττουσα, ὡς ἐθεάσατο ἐπί τινος δρυὸς κοιλώματι, ἄρτον καὶ κρέα ὑπό τινων ποιμένων καταλελειμμένα, ταῦτα εἰσελθοῦσα κατέφαγεν. ἐξογκωθεῖσα δὲ τὴν γαστέρα, ἐπειδὴ οὐκ ἠδύνατο ἐξελθεῖν, ἐστέναζε καὶ ὠδύρετο· ἑτέρα δὲ Ἀλώπηξ τῇδε παριοῦσα, ὡς ἤκουσεν αὐτῆς τὸν στεναγμὸν, προσελθοῦσα ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν· μαθοῦσα δὲ τὰ γεγενημένα, ἔφη, πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ μένε τέως ἐν ταῦθα ἕως ἂν τοιαύτη γένῃ, ὁποία οὖσα εἰσῆλθες, καὶ οὕτω ῥαδίως ἐξελεύσῃ.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι τὰ χαλεπὰ τῶν πραγμάτων χρόνος διαλύει.

Vulpes esuriens. 161

VVlpes esuriēs cum de relictū à pastoribus panē & carnes in quercino cauo intueretur ea introiens deuorauit. Tumēti verò ventre egredi nequiens, flebat eiulabatque. Quam altera illac præteriens, vlulatu eius audito, accedens rogauit caussam: deinde cognito quod accidisset, dixit, Quin tu hic mane, donec talis rursus fias, qualis cum es ingressa fueras, sic enim facile egredieris.

ADFABVLATIO.

Fabula indicat, difficilia quæque dissoluere tempus.

Ἀλώπηξ καὶ Πάρδαλις.

Ἀλώπηξ καὶ Πάρδαλις περὶ κάλλους ἤριζον. τῆς δὲ Παρδάλεως, παρ' ἕκαστα τὴν τοῦ σώματος ποικιλίαν προβαλλομένης, ἡ Ἀλώπηξ ὑπερτυχοῦσα εἶπε. καὶ πόσον ἐγὼ σοῦ καλλίων, ἥτις οὐ τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν πεποίκιλμαι;

Ἐπι-

Vulpes & Pardalis. 162

VVlpes & Pardalis de pulchritudine altercabantur. Cum verò Pardalis subinde variegatum coloribus obiiceret corpus, subiecit Vulpes. Tantum ego te sum formosior, quæ corpore non sum versicolore, sed animo.

Ad-

ADFABVLATIO.

Mentis decus, corporeo decore præstantius esse vult fabula.

Επιμύθιον.

Ο λόγος δηλοῖ, ὅτι τῆς σωματικῆς κάλλους, ἀμείνων ἐστὶν ὁ τῆς ψυχῆς κόσμος.

Homicida. 163

HOmicida quidam ab occisi cognatis persequebatur. Ad Nilum autem fluuium cum venisset, occursante ei Lupo timore perculsus, arborem ad fluuium consitam conscendit & in ea latuit. Inibi verò Draconem contrà attollentem sese intuitus, in fluuium desiluit. Sed in eo cum Crocodilus discerpsit.

ADFABVLATIO.

Impiis hominibus neque terra, neque aeris, neque aqua elementum tutum est.

Ανδροφόνος.

ΑΝθρωπόν τις ἀποκτείνας, ὑπὸ τῶν συγγενῶν ἐκείνου ἐδιώκετο· γινόμενος δὲ κατὰ τὸν Νεῖλον ποταμὸν, λύκου αὐτῷ ἀπαντήσαντος, φοβηθεὶς, ἀνέβη ἐπί τι δένδρον τῷ ποταμῷ παρακείμενον, κἀκεῖ ἐκρύπτετο, θεασάμενος δὲ ἐνταῦθα δράκοντα κατ' αὐτοῦ διαιρούμενον, ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν καθῆκεν. ἐν δὲ τῷ ποταμῷ κροκόδειλος αὐτὸν κατεθοινήσατο.

Επιμύθιον.

Τοῖς ἐν ἄγεσι τῶν ἀνθρώπων οὔτε γῆς, οὔτε ἀέρος, οὔτε ὕδατος στοιχεῖον ἀσφαλές ἐστι.

Homo diuinus. 164

HOmo quidam olim solebat ex contrectatione dicere, quale esset, quicquid in manus venerat,

Ανὴρ μάντις.

ΑΝὴρ προσεθίσθεὶς πᾶν τὸ ἐπιτιθέμενον εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἐφαπτόμενος ἔλεγεν ποῖον ἐστί. καὶ δήποτε λυκιδέως



λυκιδέως αὐτῷ ἐπιδοθέντος, ψηλαφήσας καὶ ἀμφιγνοῶν εἶπεν, οὐκ οἶδα πότερον κυνός ἐστι, ἢ ἀλώπεκος, ἢ ποίου τοῦ ζώου γέννημα· τοῦτο μέντοι σαφῶς ἐπίσταμαι, ὅτι οὐκ ἐπιτήδειον τοῦτο τὸ ζῶον προβάτων ποίμνῃ συνιέναι.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω τῶν πονηρῶν διαθέσεις πολλάκις διὰ τοῦ σώματος φαίνεται.

nerat. Allatum verò Lupi catulum cum aliquando contrectaret, mentis dubius dixit, ignoro vtrum Canis, aut Vulpis, aut id genus animalis fœtus sit; illud certo scio, non tutum esse id animal ouium gregi immisceri.

ADFABVLATIO.

Sic prauorum mores & dispositio sæpius è corpore adparent, ac prænoscuntur.

Ἀνὴρ μεσοπολιὸς καὶ ἑταῖραι.

Ἀνὴρ μεσοπολιὸς δύο ἐρωμένας εἶχεν· ὧν ἡ μὲν μία νεάνις, ἡ δὲ ἄλλη

Homo semicanus & Amasiæ eius. 165

SEmicano homini amatæ erãt binæ: iuuencula altera, altera senior ætate verò



verò prouecta iunior, quam ipsa esset adesse cõtinuo pudebat. & si forte apud ipsum erat, nigros ipsius crines vellebat. Iuuenta, senem sibi esse amatorem non ferens, canos carpebat. Sic ipsi, capillis seorsim ab vtrisque euulsis, caluescere tandem contigit.

ADFABVLATIO.

Sic vbique nocua est inæqualitas.

ἄλλη πρεσβύτης, καὶ ἡ μὲν προβεβηκυῖα, αἰδουμένη νεωτέραν αὐτῆς πλησιάζειν διετέλει, καὶ εἴποτε πρὸς αὐτὸν παρεγένετο, τὰς μελαίνας αὐτοῦ τρίχας περιῃρεῖτο. ἡ δὲ νεωτέρα, ἀποστελλομένη γέροντα ἐραστὴν ἔχειν, τὰς πολιὰς αὐτοῦ ἐτίλλασεν. οὕτω συνέβη τῶν ἀμφοτέρων ἐν μέρει τιλλομένων, φαλακρὸν γενέσθαι.

Επιμύθιον.

Οὕτως πανταχοῦ τὸ ἀνώμαλον βλαβερόν ἐστι.

Homo & Vulpes. 166

INfensam Vulpem sibi cum haberet quidam, vt nocentem sibi nactus est: cupiensque seuere admodum

Ἄνθρωπος καὶ Αλώπηξ.

ΑΛώπεκά τις ἐχθρὰν ἔχων, ὡς βλάπτουσαν αὐτῷ κρατήσας, καὶ θέλων ἐπὶ πολὺ τιμωρήσασθαι, συν-

φυσπεῖα ἐλαίῳ βεβρεγμένα τῇ οὐρᾷ προσδήσας ὑφῆψε. ταύτην δὲ δαίμων εἰς τοὺς ἀρούρας τοῦ βαλόντος ὡδήγει. ἦν δὲ καιρὸς ἀμητοῦ. ὁ δὲ ἠκολούθει θρηνῶν μηδὲν θερίσας.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι πρᾶον εἶναι χρὴ, καὶ μὴ ἀμέτρως θυμοῦσθαι. ἐξ ὀργῆς γὰρ πολλάκις τύχην βλάβη γίνεται μεγάλην τοῖς δυσοργήτοις.

dum eam punire, stupas oleo madidas caudæ alligauit. Sed eam dæmon in emittentis agros deduxit: messis tum erat tempus. Lugens sequebatur nihil messurus.

ADFABVLATIO.

Clementem esse oportet, neque immoderate irascendum est. iracundis enim ab ira sæpe damnum exortum est maximum.

Ἄνθρωπος καὶ Πέρδιξ.

Πέρδικά τις θηρεύσας, ἤμελλε σφάξαι· ἡ δὲ ἱκέτευε λέγουσα, ἔασόν με ζῆν, ἀντ' ἐμοῦ πολλὰς πέρδικας ἐγώ σοι κυνηγήσω. ὁ δὲ εἶπεν, δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον σε θύσω, ὅτι τοὺς συνήθεις καὶ φίλους σοι ἐνεδρεῦσαι θέλεις.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι ὁ κατὰ φίλον αὐτοῦ δολίως μηχανὴν συντιθεὶς αὐτὸς ἐν ταῖς ἐνέδραις τῶν κινδύνων ἐμπεσεῖται.

Homo & Perdix. 167

PErdicem quidam cum cœpisset, occisurus erat. Id deprecabatur Perdix aiens, sinas me viuere, plures enim perdices tibi pro me venabor. Cui ille, ideò magis te mactabo, quod familiaribus & amicis tuis insidiari velis.

ADFABVLATIO.

Qui dolum amicis struit, in insidiarum pericula ipse incidet.

Ἄρκτος καὶ Ἀλώπηξ.

Ἄρκτος τίς ποτε μεγάλως ἐκαυχᾶτο, ὡς φιλάνθρω-

Vrsus & Vulpes. 168

VRsus plurimum gloriabatur quasi ani-

malium foret humanissimum. Aiunt enim animal hocce cadauera nequaquam gustare. Quod cũ audiret vulpes, subridens dixit. Vtinam mortuos, non viuos comederes!

ADFABVLATIO.

Notat oratio fraudulentos, & dissimulatè viuentes.

λάνθρωπον πάντων ἐστὶ τῶν ζώων. φασὶ γὰρ ἄρκτον νεκρὸν μηδὲν βιβρώσκειν. ἡ δὲ Ἀλώπηξ ἀκούσασα ταῦτα ἐμειδίασε, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀντέφη, εἴθε τοὺς νεκροὺς ἤσθιες καὶ μὴ τοὺς ζῶντας.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος τοὺς πλεονέκτας, καὶ ἐν ὑποκρίσει βιοῦντας ἐλέγχει.

Astrologus. 169

Ἀστρολόγος.



ASTROLOGUS moris id habebat, vt singulis vesperis egressus stellas contemplaretur. aliquando autem in suburbium cum iuisset totoque esset in cœlum animo intentus, ignorans in puteum deci-

ἈΣτρολόγος ἐξιὼν ἑκάστην ἑσπέραν, ἔθος εἶχε τοὺς ἀστέρας ἐπισκοπεῖν. καὶ δή ποτε περιιὼν εἰς τὸ προάστειον, καὶ τὸν νοῦν ὅλον ἔχων πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἐξέλαθε καταπεσὼν εἰς τὸ φρέαρ. ὀδυρομένου δὲ αὐτοῦ καὶ βοῶντος, πα-

παριὼ

ἐλὼν τις, ὡς ἤκουσε τοῦ στεναγμοῦ, προσελθὼν καὶ μαθὼν τὰ συμβεβηκότα, ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὦ σὺ, ἐν οὐρανῷ βλέπειν πειρώμενος, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς οὐκ ὁρᾷς.

Ἐπιμύθιον.

Πρὸς τοὺς παραδόξως ἀλαζονευομένους, καὶ μηδὲ τὰ κοινὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτελεῖν δυναμένους.

decidit. gementis verò & clamātis illac præteriens aliquis audita voce. Et quod accidisset cognito ait, ô tu, intro cœlum videre qui conabaris, quæ in terra sunt non videbas.

ADFABVLATIO.

In eos qui absurde gloriabundi, ne quidem ea quæ hominibus sunt obuia, præstare possunt.

Βάτραχοι.

Ranæ Regē petentes. 170



Βάτραχοι λυπούμενοι περὶ τῆς ἑαυτῶν ἀναρχίας, πρέσβεις ἔπεμψαν πρὸς τὸν Δία, βασιλέα αὐτοῖς παρασχεῖν. ὁ δὲ συνιδὼν αὐτῶν τὴν εὐήθειαν

RAnæ indignantes quòd sine rege forēt, legatos misere ad Iouem, sibi regem vt daret. Ille dementia earum intellecta, trabem in lacum,

lacum medium dimisit. Ranæ primùm sonitu terrefactæ, profunda lacus petiere. mox vbi non moueretur trabs, emergentes eo deuenere contemptus, vt ei etiam insiderent. Indignantesque talem sibi esse regem, denuo ad Iouem, vt mutaret orantes, aduenere: priorem quippe illum, futilem nimis & inutilem esse. tum iratus Iupiter hydrum eis immisit, à quo interceptæ periere.

ADFABVLATIO.

Indicat fabula, vtilius esse ineptos principes dummodo clementes, quam tumultuantes & malos habere.

θειαν, ξύλον εἰς τὴν λίμνην καθῆκεν. καὶ οἱ βάτραχοι, τὸ μὲν πρῶτον καταπλαγέντες τὸν ψόφον, εἰς τὰ βάθη τῆς λίμνης ἔδυσαν. ὕστερον δὲ, ὡς ἀκίνητον ἦν τὸ ξύλον, ἀναδύντες εἰς τοσοῦτον καταφρονήσεως ἦλθον, ὡς καὶ ἐπιβαίνοντες αὐτῷ ἐπικαθέζεσθαι. ἀναξιοπαθοῦντες δὲ τοιοῦτον ἔχειν βασιλέα, ἧκον ἐκ δευτέρου πρὸς τὸν Δία, καὶ τοῦτον παρεκάλουν ἀλλάξαι αὐτοῖς τὸν ἀρχηγόν. τὸν γὰρ πρῶτον λίαν εἶναι νωχελῆ καὶ ἀδόκιμον. ὁ δὲ Ζεὺς ἀγανακτήσας κατ' αὐτῶν, ὕδρον αὐτοῖς ἔπεμψεν, ὑφ' οὗ συλλαμβανόμενοι κατησθίοντο.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος δηλοῖ τὸ, ἄμεινον εἶναι εὐήθεις ἄρχοντας ἔχειν καὶ ἐπιεικεῖς, ἢ ταρακτικοὺς καὶ κακούργους.

Boues & Axes. 171

BOues currum trahebant, Axes verò striduli ad eos conuersi, o isti, inquiunt, integrum onus dum ferimus, quid clamatis?

ADFABVLATIO.

Sic hominum nonnulli operantibus aliis, onera sibi esse simulant.

Βόες καὶ Ἄξονες.

ΒΟες ἅμαξαν εἵλκοντο. οἱ δὲ ἄξονες τρίζοντες, ἐπιστραφέντες ἔφησαν πρὸς αὐτούς· ὦ οὗτοι ὅλον τὸ βάρος ἡμῶν φερόντων σύ τι κραυγάζεις;

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι, ἑτέρων μοχθούντων, ἑαυτοῖς βάρος προσποιοῦνται.

Feles

Γαλῆ

Γαλῆ καὶ Ἀφροδίτη. — Feles & Venus. 172



Γαλῆ ἐρασθεῖσα νεανίσκου ἐυπρεπῆ, ἤρξατο ἔυχεσθαι τῇ Ἀφροδίτῃ, ὅπως αὐτὴν μεταμορφώσῃ εἰς γυναῖκα. καὶ ἡ θεὸς ἐλεήσασα αὐτῆς τὸ πάθος, μετετύπωσεν εἰς γυναῖκα ἐυειδῆ. καὶ ὁ νεανίσκος θεασάμενος αὐτὴν, καὶ ἐρασθεὶς, ὄικαδε αὐτὴν ἀπήγαγε. καθημένων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ θαλάμῳ, ἡ Ἀφροδίτη γνῶναι βουλομένη, εἰ μεταβαλοῦσα ἡ γαλῆ τὸ σῶμα, καὶ τὸν τρόπον ἤλλαξεν, μῦν εἰς τὸν μέσον καθῆκεν. ἡ δὲ ἐπιλαθομένη τῶν παρόντων, ἀναστᾶσα ἀπὸ τῆς κοίτης τὸν μῦν ἐδίωκε, καταφαγεῖν ἐθέλουσα· καὶ ἡ θεὸς ἀγανα-

FEles iuuenem deperiens formoſum, Venerem rogare cœpit vt in mulierem mutaretur. Dea illius miſerta adfectum, in liberalis formæ mulierem transformauit. Quam iuuenis intuitus, atque illius amore captus, domum deduxit. Cum in thalamo verò conſiderent, Venus ſcire volens an mutato corpore, etiam mores mutaſſet Feles, murem in medium emittit. Illa eorum qui aderant oblita, de lecto exiliens, murem inſecuta eſt deuorare cu-

piens. Indignata dea, rursus eam in veterem & naturam & ordinem restituit.

ἀγανακτήσασα κατ᾽ αὐτῆς, πάλιν αὐτὴν εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν καὶ φύσιν ἀποκατέστησεν.

ADFABVLATIO.

Sic & natura mali, etiamsi mutent statum rationemq; viuendi naturã haud ideo mutant.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ φύσει πονηροὶ, κἂν τὸν τρόπον ἀλλάξωσι, τὴν φύσιν οὐ μεταβάλλουσι.

Agricola & Serpens. 173

Γεωργὸς καὶ Ὄφις.



AGricola hyemis tempore repertum anguem frigore pene emortuum, in sinu deposuit. At ille calore recreatus, resumptaque propria natura, benefactorem vulnerauit.

ΓΕωργὸς χειμῶνος ὥρᾳ, ὄφιν εὑρὼν ὑπὸ κρύους πεπηγότα, τοῦτον λαβὼν, ὑπὸ κόλπου κατέθετο. Θερμανθεὶς δὲ ἐκεῖνος καὶ ἀναλαβὼν τὴν ἰδίαν φύσιν, ἔπληγε τὸν εὐεργέτην.

ADFABVLATIO.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι ἀμετάθετοί εἰσιν αἱ πονηρίαι, κἂν φιλανθρωπεύωνται, οὕτω κακῶς ποιοῦσι τοὺς εὐεργέτας.

Fabula demonstrat immutari non posse nequitiam, etiamsi officiis demulceatur. Sic benefactoribus nocent.

Γεωργοῦ παῖδες.

Rustici Filii. 174



Γεωργοῦ παῖδες ἐστασίαζον. ὁ δὲ πατὴρ αὐτῶν παραινῶν αὐτοὺς, οὐκ ἠδύνατο πεῖσαι. καὶ δὴ κατημελημένων αὐτῶν, προσέταξε δεσμὴν ῥάβδων αὐτῷ κομίσαι. συνεχθέντων δὲ, λαβὼν τὰς ῥάβδους, ἔδησεν αὐτὰς δεσμὴν μίαν: καὶ ἐκέλευσεν ἑνὶ ἑκάστῳ λαβεῖν καὶ συνθλάσαι τὴν δεσμήν. οἱ δὲ δοκιμάσαντες οὐκ ἠδυνήθησαν. ὕστερον δὲ λύσας αὐτὰς, δέδωκεν ἀνὰ μίαν κλάσαι. οἱ δὲ

INter Rustici filios exorta discordia cum esset Pater exhortationibus sedaturus, nihil proficiebat. Sedentibus igitur illis, virgarum fascem adferri sibi iussit. Cum attulissent virgas in vnum colligauit fascem singulosq; vt confringerent iussit. Illi tentantes nequiuere. Postea solutas virgas sigillatim eisdē confringendas dedit. Illis

Illis quam celerrimè & facillimè id præstantibus incipit Pater, Sic & vos, mei filii, si concordes manseritis; neque reprehendi neque vinci poteritis ab hostibus. Si verò in discordia perseuraueritis & contentionibus, facile hostibus prædæ eritis.

ADFABVLATIO.

Tantum validam esse concordiam notat oratio, quantum discordia est despicienda.

οἱ δὲ διὰ τάχους εὐκόλως τοῦτο ἐποίησαν. τότε λέγει ὁ πατὴρ αὐτῶν, οὕτω καὶ ὑμεῖς, τέκνα μου, ἐὰν ὁμοφρονοῦντες μένητε ἀκαταγνωστοι καὶ ἀχείρωτοι ἔσεσθε τοῖς ἐχθροῖς. ἐὰν δὲ μένητε στασιάζοντες καὶ φιλονεικοῦντες, εὐχερῶς εὐάλωτοι ἔσεσθε τοῖς ἐχθροῖς.

Επιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοσοῦτόν ἐστιν ἰσχυροτέρα ἡ ὁμόνοια, ὅσον εὐκαταφρόνητος ἡ διάστασις.

Rusticus & Ciconia. 175

Γεωργὸς καὶ Πέλαργος.



IN agro laqueos tendens grues cœpit rusticus

Ἄρκυς παγίδας ὁ Γεωργὸς ἔστησεν. θηρεύσας δὲ γεράνους

γεράνους τινὰς τὸν σπόρον φθείροντας, σὺν αὐτοῖς καὶ πελαργὸν εἰλήφει. ὁ δὲ χωλεύων ἱκέτευε λέγων ἀφεθῆναι. οὐ γὰρ εἰμὶ γέρανος, πελαργὸς εἰμί, εὐσεβέστατον ζῶον ὃς τιμῶ τὸν πατέρα, καὶ δουλεύω. ἴδε καὶ τὴν χροιάν, ὡς οὐχ ὁμοία. ὁ δὲ ἔφη οὐκ οἶδά τι λέγεις. ἐγὼ σὺν οἷς εἴληφά σε, μετ' αὐτῶν καὶ ἀπολέσω.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι καλόν ἐστι φεύγειν, καὶ μὴ συγκοινωνεῖν ἀνδράσι κακοῖς μήπως κινδύνοις σὺν αὐτοῖς ἐμπάρῃς.

Γεωργὸς καὶ φυτόν.

Φυτὸν ἦν εἰς γεωργοῦ χώραν, καρπὸν μὴ φέρον. ἀλλὰ μόνον στρουθῶν καὶ τεττίγων κελαδούντων ἦν καταφυγή. ὁ δὲ γεωργὸς, ὡς ἄκαρπον ἐκτέμνειν ἤμελλε. καὶ δὴ τὸν πέλεκυν λαβὼν, ἐπέφερε τὴν πληγήν. οἱ δὲ τέττιγες καὶ οἱ στρουθοὶ ἱκέτευον τὴν καταφυγὴν αὐτῶν μὴ ἐκκόψαι, ἀλλ' ἐᾶσαι, ὥστε ᾄδειν ἐν αὐτῷ, καὶ σε τὸν γεωργὸν τέρπειν. ὁ δὲ μηδὲν αὐτῶν φροντίσας, καὶ δευτέραν πληγὴν καὶ τρίτην, ἐπέφερε. ὡς δὲ ἐκοίλανε τὸ δένδρον, σμῆνος μελισσῶν καὶ

cus sementem perdentes; inter quas & ciconiam. Claudicans verò illa liberari se orabat, aiens, grus nequaquam sum, Ciconia sum piissimum animal, patrem colens ministrãsque ei. En colorem vide vt minimè similis. At ille, qu d dicas, nescio, cum quibus te cepi, cum iisdem perdam.

ADFABVLATIO.

Pulchrum est deuitare, neq; communicare hominibus malis: ne periculis vna cum iis irretiaris.

Rusticus & Planta. 176

Planta erat in Rustici agro fructum non ferens, sed passerculis solum & Cicadis refugio erat. Rusticus vt infrugiferam cædere voluit. Sumpta igitur securi, ictum intulit. Cicadæ & passerculi, refugium ne exscinderet suum orabant, sed seruaret, vt in eo possent canere, & te Rustice delectare. At ille nihil curans, secundum tertiumq; intulit vulnus, Vt verò arborem cauauit, apum

apum examen vna cum melle reperit; quo gustato, securim abiecit, plantamq; vt sacram coluit & curauit.

καὶ μέλι εὗρε. γενόμενος δὲ, τὸν πέλεκυν ἔρριψε. καὶ τὸ φυτὸν ἐτίμα ὡς ἱερὸν, καὶ ἐπεμελεῖτο.

ADFABVLATIO.

Non tantum homines iustum, natura amant & honorant, quantum lucrosum sequuntur.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι οὐ τοσοῦτον οἱ ἄνθρωποι φύσει δίκαιον ἀγαπῶσι καὶ τιμῶσιν, ὅσον τὸ κερδάλαιν ἐπιδιώκουσι.

Iuuenca & Bos. 177

IVuenca bouem labore defatigatum intuita, miserum prædicabat. Solemni verò incidente festo, bouem quidem iugo soluerunt, iuuencam verò vt mactarent comprehenderunt. quam videns bos subrisit aiens, ô iuuenca ideò otiabaris, vt mox mactareris.

Δάμαλις καὶ Βοῦς.

ΔΑμαλις βοῦν ἐταλάνιζεν ἐργαζόμενον, ἐπὶ τῷ κόπῳ. ἐπειδὴ δὲ ἑορτὴ κατέλαβε, τὸν βοῦν λύσαντες, τὴν δάμαλιν ἐκράτησαν τοῦ σφάξαι. Ἰδὼν δὲ ὁ βοῦς ἐμειδίασε, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν, ὦ Δάμαλις, διὰ τοῦτο ἤργεις, ἵνα ἄρτι σφαγῇ.

ADFABVLATIO.

Fabula docet otioso & desidi imminere pericula.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ ὅτι τὸν ἀργοῦντα κίνδυνος μένει.

Venator meticulosus, & lignator. 178

LEonis indagans vestigia Venator, Lignatorem

Δειλὸς Κυνηγὸς καὶ Δρυοτόμος.

ΛΕόντος τινὸς ἴχνη ἐζήτει Κυνηγὸς, Δρυοτόμον δὲ ἐρω-

δὲ ἐρωτήσας εἰ οἶδεν ἴχνη Λέοντος, καὶ ποῦ κοιτάζει, ἔφη, ἐγὼ αὐτὸν τὸν Λέοντα ἤδη σοι δείξω. ὁ δὲ ὠχριάσας ἐκ τοῦ φόβου, καὶ τοὺς ὀδόντας συγκρούων εἶπεν. ἴχνη μόνα ζητῶ, οὐχὶ αὐτὸν τὸν λέοντα.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι τοὺς θρασεῖς καὶ δειλοὺς, ὁ λόγος ἐλέγχει, τοὺς τολμηροὺς ἐν τοῖς λόγοις μόνοις, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἔργοις.

torem rogauit an Leonis nosset vestigia & latibula: Respondit ille, & ipsum quoq; leonem si lubet, indicabo. Pallescens ille metu, & dentes collidens dixit. Vestigia tantum quæro, non ipsum leonem.

ADFABVLATIO.

Audaces & timidos taxat hac fabula, audaces quidem verbis, factis vero nequaquam.

Δέλφαξ καὶ Ἀλώπηξ.

ΟΝῳ τις ἐπιθεὶς αἶγα καὶ πρόβατον καὶ δέλφακα, ἤλαυνεν ὢν ἄστυ. τοῦ δὲ δέλφακος παρ' ὅλην τὴν ὁδὸν κεκραγότος, Ἀλώπηξ ἀκούσασα ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν δι' ἣν τῶν λοιπῶν μεθ' ἡσυχίας φερομένων, μόνος αὐτὸς βοᾷ. ὑποτυχὼν δὲ εἶπεν, ἀλλ' ἔγωγε οὐ μάτην ὀδύρομαι. οἶδα γὰρ ὅτι τοῦ μὲν προβάτου ἔρια καὶ γάλα παρεχομένου, ὁ δεσπότης ἀπέχεται, ὁμοίως δὲ καὶ τῆς αἰγὸς, διὰ τοὺς τυροὺς καὶ τοὺς ἐρίφους· ἐμοὶ δὲ οὐκ ἔχων εἰς ἄλλο τι χρήσεται, πάντως με θύσει.

Ἐπι-

Sus & Vulpes. 179

ASino imposita Capra, Oue & Sue in vrbem quidam tendebat. Suem vero per integram viam clamitantem cum audiisset Vulpes, caussam sciscitata est, cur cæteris inter vehendum tacitis, sola clamaret. At subiiciens ait, Ego vero non frustra lamentor. Scio enim ab Oue abstinere herum lac præbente, & vellus: pariter & ab Capra, propter caseos & hædulos. Me vero, qua in re vtatur alia ignorans, omnino necabit.

Ad-

ADFABVLATIO.

Non reprehendendi sunt ii, qui seipsos deflent, aduenturas sibi calamitates quum prauident.

Ἐπιμύθιον.

Οὐ μεμπτέοι εἰσὶν, οἱ ἑαυτοὺς ἀποκλαίοντες προορώμενοι τὰς μελλούσας αὐτοῖς ἐπέρχεσθαι συμφοράς.

Delphines & Scarus. 180

DElphines & Cœtus inuicem decertabāt. augescens verò eorum certamen, carus emergens conabatur dirimere. Cui è Delphinis vnus, longe nobis, ait, optabilius est mutuo concidere, quam te arbitrum & conciliatorem nancisci.

ADFABVLATIO.

Sic homines nonnulli vilissimi, cum tumultui inciderint, sibi quid esse videntur.

Δελφῖνες καὶ σκάρος.

ΔΕλφῖνες καὶ φάλαιναι πρὸς ἀλλήλους ἐμάχοντο· ἐπὶ πολὺ δὲ τῆς στάσεως αὐτῶν σφοδρυνομένης, σκάρος ἀναδῦσα, ἐπειρᾶτο αὐτοὺς διαλύειν. εἷς δέ τις τῶν δελφίνων ὑποτυχὼν ἔφη πρὸς αὐτὸν ἀλλ' ἡμῖν αἱρετώτερόν ἐστιν, ὑπ' ἀλλήλων διαφθαρῆναι, ἢ σοῦ διαλλάκτου τυχεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτως ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων, οὐδενὸς ἄξιοι ὄντες, ἂν ταραχῆς λάβωνται δοκοῦσι τινὲς εἶναι.

Demades Rhetor. 181

DEmades Rhetor Athenis concionem habens, omnibus attente eum auscultantibus, rogauit vt sibi fabulam narrare permitterent. Quibus id concedentibus sic incepit. Ceres, Hirundo, & An-

Δημάδης ῥήτωρ.

ΔΗμάδης ὁ ῥήτωρ δημηγορῶν ποτὲ ἐν Ἀθήναις, ἐκείνων μὲν πάντῃ αὐτῷ προσεχόντων, ἐδεήθη αὐτῶν ὅπως ἐπιτρέψωσιν αὐτῷ μῦθον εἰπεῖν; συγχωρησάντων δὲ αὐτῶν αὐτῷ, ἀρξάμενος ἔλεγε. Δήμητρα καὶ χελιδὼν καὶ ἔγχελυς

ἔγχελυς τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐβάδιζον. γενομένων δὲ αὐτῶν κατά τινα ποταμὸν, ἡ μὲν χελιδὼν ἔπτη, ἡ δὲ ἔγχελυς κατέδυ. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐσιώπησεν. Ἐρομένων δὲ αὐτῶν, ἡ δὲ Δήμητρα τι πέπονθεν; ἔφη, κεχόλωται ὑμῖν, οἵτινες τὰ τῆς πόλεως ὑμῶν πράγματα ἐάσαντες, μῦθον ἀνέχεσθε.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἀλόγιστοι, ὅσοι τῶν μὲν ἀναγκαίων ὀλιγωροῦσι, τὰ δὲ πρὸς ἡδονὴν μᾶλλον ἀκροῶνται.

& Anguilla eamdem profectæ viam, cum ad fluentum venissent, præteruolauit Hirundo, subnatauit Anguilla. Quę cum dixisset, tacuit. Rogantibus autem quid cum Cerere factum esset, fracta est, inquit, vobis, qui vrbis vestræ negotia omittẽtes, fabulam audire sustinetis.

ADFABVLATIO.

Sic ii desipientes sunt, qui neglectis necessariis, maxime delectantia audiunt.

Δρυοτόμοι καὶ Δρῦς.

Δρυοτόμοι δρῦν ἔσχιζον, οἱ δὲ ἐξ αὐτῆς σφῆνας ποιήσαντες ἔσχιζον. ἡ δὲ ἔφη, οὐ τοσοῦτον τὸν κόψαντα μὲ πέλεκυν μέμφομαι, ὅσον τοὺς ἐξ ἐμοῦ φύντας σφῆνας.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι δεινότερόν ἐστι λύπη, ὅταν τις ὑπὸ τῶν συγγενῶν πάσχει, ἢ παρὰ τῶν ἀλλοτρίων.

Lignatores & Quercus. 182

Qvercum conscindebant Lignatores factis ex ea cuneis. Illa verò dixit, Non tantum conscindentem me culpo securim, quantum cuneos qui ex me nati sunt.

ADFABVLATIO.

Grauiorẽ esse mœrorem, dum quis à propinquis quid mali patitur, quàm quum ab alienis.

Ἐλάτη καὶ Βάτος.

Abies & Rubus. 183

Ἐλάτη

Abies

Abies iactabunda Rubum sic est allocuta, In nulla re prodes. At ego in tectis & ædibus ædificandis vtilis sum. Cui Rubus respondit, ô Misella, securis & serra si meminisses quæ te exscindunt, deberes velle vt potius Rubus non Abies fieres.

ADFABVLATIO.

Præstantior sine metu paupertas, quam opes cum necessitate & contumelia.

Ἐλάτη καυχωμένη τῇ βάτῳ ἔλεγεν, σὺ οὐδενὶ οὐδὲ χρησιμεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν στέγεσι τε χρησιμεύω καὶ οἴκοις. ἡ δὲ βάτος ἔφη, ὦ ἐλεεινὴ εἰ μνησθείης τῶν πελεκέων καὶ πριόνων τῶν κοπτόντων σε, βάτος ἂν εἶχες θελήσειν γενέσθαι, οὐκ ἐλάτη.

Ἐπιμύθιον.

Κρείσσων πενία ἄφοβος, ἢ πλουσία μετ' ἀναγκῶν καὶ ἐπηρειῶν.

Cerua & Leo. 184

Siti vehementi cum vexaretur Cerua, ad fontem accessit. Inter potandum autem vmbram in aquis prospiciens suam, ob cornuum gauisa est magnitudinem & varietatem pedum tenuitate & imbecillitate offensa maximè. Dum sic cogitat, inopinam superueniens insequitur Leo: Illa in fugam versa longe illum præcessit. Cerui enim vires in pedibus sunt, Leonis in corde. Quandiu igitur nudum solum fuit, præcurrens seruata est. Vbi verò ad

Ἔλαφος καὶ Λέων.

Ἔλαφος δίψει συσχεθεῖσα παρεγένετο ἐπί τινα πηγήν. πιοῦσα δέ, ὡς, ἐθεάσατο τὴν ἑαυτῆς σκιὰν κατὰ τοῦ ὕδατος, ἐπὶ μὲν τοῖς κέρασιν ἠγάλλετο, ὁρῶσα τὸ μέγεθος καὶ τὴν ποικιλίαν: ἐπὶ δὲ τοῖς ποσὶ σφόδρα ἤχθετο, ὡς λεπτοῖς οὖσι καὶ ἀσθένεσιν. ἔτι δὲ αὐτῆς διανοουμένης, Λέων ἐπιφανεὶς ἐδίωκεν αὐτήν, κἀκείνη εἰς φυγὴν τραπεῖσα, κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ προεῖχε. ἀλκὴ γὰρ ἐλάφου ἐν τοῖς ποσί, λεόντων δὲ ἐν καρδίᾳ. Μέχρι μὲν οὖν ψιλὸν ἦν τὸ πεδίον, ἡ μὲν προθέουσα διεσώζετο. ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο κατὰ ὑλώδη τόπον, τηνι-

καῦτα

κοῖλα σπήλαια, ... καὶ τὰς κλάδους ... ἐφ' ὧν μὲν ... ἀπωλόμην.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω πολλάκις ἐν κινδύνοις, οἱ μὲν ὕποπτοι τῶν φίλων σωτῆρες γίνονται. οἱ δὲ σφόδρα ἐμπιστευθέντες, προδόται.

ro ad nemorosum locum deuenit, inibi accidit, vt cum implicatis arborum ramis cornibus effugere non posset, caperetur. Mox autem moritura seipsam sic alloquebatur. ô misella, quæ me proditura arbitrabar, ea seruauere, quibus verò maximè confisa sum, ea me perdidere.

ADFABVLATIO.

Sic in periculis, sæpe quos ex amicis suspectos habemus, ii nos seruant, quibus vero confidimus maxime, perdunt.

Ἑρμῆς καὶ γῆ.

Ζεὺς πλάσας ἄνδρα καὶ γυναῖκα, ἐκέλευσεν Ἑρμῆ ἀγαγεῖν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ δεῖξαι ὅθεν ὀρύσσοντες πλέον οἰήσωσιν· τοῦ δὲ τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος, ἡ γῆ τὸ πρῶτον ἐκώλυεν. ὡς δὲ ὁ Ἑρμῆς ἠνάγκαζε, λέγων τὸν Δία προστεταχέναι, ἀλλ' ὀρυσσέτωσαν ὅσην βούλονται, στένοντες γὰρ αὐτὴν καὶ κλαίοντες ἀποδώσουσι.

Mercurius & Terra. 185

IVpiter hominem & fœminam cum finxisset, Mercurium iussit in terram deducere, iudicareque vbi effodientes multum reportarẽt. Mandata exequente Mercurio, Terra primò quidem impediit. vt verò Mercurius Iouem id mandasse inquiens coegit; fodiant, ait, licet, quantum libuerit; cum fletu enim & eiulatu id reddent.

Ἐπι- Adfa-

ADFABVLATIO.

In eos qui facile quidem mutuo accipiant, ægre vero reddunt sermo accommodus.

Ἐπιμύθιον.

Πρὸς τοὺς ῥαδίως μὲν δανειζομένους, μετὰ λύπης δὲ ἀποδιδόντας ὁ λόγος εὔκαιρος.

Vipera & Vulpes. 186

VIpera supra carduorum fascem in fluuium ferebatur. Vulpes eam animaduertēs, dignus, inquit naue nauclerus.

ADFABVLATIO.

In hominem improbum malas res adgredientem.

Ἔχις καὶ Ἀλώπηξ

Ἔχις ἐπὶ δεσμίας ἀκανθῶν εἴς τινα ποταμὸν ἐφέρετο, Ἀλώπηξ δὲ ταύτην θεασαμένη, ἄξιος τῆς νηὸς ὁ ναύκληρος.

Ἐπιμύθιον.

Πρὸς ἄνδρα πονηρὸν μοχθηροῖς πράγμασιν ἐπιχειρίσαντα.

Vipera & Lima. 187

IN officinam fabri ingressa Vipera, vnum ex reliquis instrumentum vt sibi cibum præberet quærebat. limam ergo adgressa vt sibi quid daret rogauit. quæ subiiciens. Heus tu demens es, inquit, a me quippiam consecuturam te arbitrata, quæ ab omnibus soleo nō dare sed accipere.

ADFABVLATIO.

Sermo notat stultos eos esse, qui ab auaris aliquid lucraturos se existimant.

Ἔχις καὶ Ῥίνη.

Ἔχις εἰσελθὼν εἰς χαλκουργοῦ ἐργαστήριον, ἓν τῶν σκευῶν τῶν ὄντων, ἐζήτει φαγεῖν. ἧκεν οὖν πρὸς τὴν ῥίνην. καὶ αὐτὴν παρεκάλει δοῦναι αὐτῷ τι. ἡ δὲ ὑποτυχοῦσα εἶπεν. ἀλλ' εὐήθης εἶ, παρ' ἐμοῦ τι ἀποίσεσθαι οἰόμενος, ἥτις οὐ διδόναι, ἀλλὰ λαμβάνειν παρὰ πάντων εἴωθα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι μάταιοί εἰσιν οἱ παρὰ φιλαργύρων τι κερδαίνειν προσδοκῶντες.

Vipera Ἔχις

Ἔχις καὶ Ὕδρος.

LVpus cæterorum Luporum dux, omnibus legem imposuit statuens, vt eorum vnusquisque, quidquid venatus fuisset, in medium deferret, cæterisq; diuideret. Id audiens Asinus iuba concussa, subridensque dixit, Pulchre quidem dixisti ô Luporũ Princeps. Sed quo modo eam quam heri venatus es prædam; clam latibulo intulisti in cibum tibi futuram? eam adfer cæteris diuidundam. Ille obstupescens leges abrogauit.

ADFABVLATIO.

Indicat fabula eos qui leges definire videntur, iis quæ definiuere, & indicauere, nõ insistere.

Lupus

Λύκος καὶ Ὄνος.

ΛΥκος τῶν λοιπῶν λύκων στρατηγήσας πᾶσιν ἔταξε νόμον, αὐτοῖς προτείνας ἵνα τις αὐτῶν τι ποτοῦν κυνηγήσας, μέσον ἀγαγεῖν καὶ μερίσαι τοῖς πᾶσιν. Ὄνος δὲ ἀκηκοότος πάντα, χαίτην ἔσεισε, καὶ γελῶν ἔφη, τὰ δὲ καλῶς εἴρηκας ὦ προστάρχε τῶν λύκων. ἀλλὰ πῶς σὺ χθὲς ἣν ἐκράτησας ἄγραν κοίτῃ παρέθου εἰς τροφὴν σοὶ λαθραίως; κόμισον αὐτὴν μερισθῆναι τοῖς πᾶσι. ὁ δὲ θαμβηθεὶς κατέλυσε τοὺς νόμους.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τοὺς νόμους ὁρίζειν δοκοῦντες, ἐν οἷς αὖ ὁρίζουσιν καὶ δικάζουσιν οὐκ ἐμμένουσιν.

Λύκος

Λύκος καὶ Ποιμήν. Lupus & Pastor. 240



Λύκος ἀκολουθῶν ποίμνῃ προβάτων, οὐδὲν ἠδίκει. ὁ δὲ ποιμὴν, κατὰ μὲν ἀρχὰς ἐφυλάττετο αὐτὸν ὡς ἐχθρὸν, καὶ δεδοικὼς παρετηρεῖτο. ἐπεὶ δὲ συνεχῶς ἐκεῖνος οὐδὲν ἠδίκει, ἀλλ' οὔτε ἀρχὴν τοῦ ἁρπάζειν ἐνεχειρεῖτο, τηνικαῦτα ἐννοήσας φύλακα μᾶλλον εἶναι αὐτὸν ἢ ἐπίβουλον, ἐπειδὴ χρείας τις αὐτὸν κατέλαβεν εἰς ἄστυ παραγενέσθαι, καταλιπὼν παρ' αὐτῷ τὰ πρόβατα, ἀπῆλθεν. ὁ δὲ ὡς καιρὸν ἔχειν ὑπολαβὼν, τὰ πλεῖω διέφθειρεν. ὁ δὲ ποιμὴν ἐπανελθὼν καὶ θεασάμενος τὴν ποίμνην διεφθαρμένην, ἔφη δίκαια

LVpus Ouium sequens gregem, nihil nocebat. Pastor primò quidem ab ipso, vt ab inimico cauebat sibi, metuensq; obseruabat. Cum vero ille nusquam noceret, sed neque primo rapere tentaret, magis custodem esse ratus Pastor, quam inimicum, requirente negotio in vrbem profectus est, relictis ei ouibus At ille, occasionem sibi adesse arbitratus, maiorem partem deuorauit. Reuersus Pastor, & gregis animaduertens cladem, dixit. Merito ple-

plector, quid enim Lupo oues commisi?

ADFABVLATIO.

Sic qui auaris & auidis depositum committunt, merito eo priuantur.

Lupi & Oues. 241

OVium gregi insidiantes Lupi, cum superiores esse nequirent propter custodientes eas canes, deliberauere id dolo præstare, missisque Legatis ab iis petiere canes, præfati inimicitiarũ caussas esse; eos traderent sibi, vt mutua pax fieret. Oues futura nequaquam præuidentes, canes eiecere; præ imprudentia incustoditum gregem facile deuorauere.

ADFABVLATIO.

Sic vrbes quæ Principes suos produnt, facile ab hostibus vincuntur necopinæ.

Lupi, Oues, & Aries. 242

Lupi

δικαίως πέπονθα. τί γὰρ λύκῳ πρόβατα ἐπίστευον;

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ τοῖς φιλαργύροις καὶ πλεονέκταις τὰς παρακαταθήκας ἐγχειρίζοντες εἰκότως ἀποστεροῦνται.

Λύκοι καὶ Πρόβατα.

ΛΥκοι ἐπιβουλεύοντες ποίμνῃ προβάτων, ἐπειδὴ αὐτῶν οὐκ ἠδύναντο περιγενέσθαι διὰ τοὺς φυλάττοντας αὐτὰ κύνας, ἔγνωσαν δεῖν διὰ δόλου τοῦτο πρᾶξαι. πέμψαντες πρέσβεις ζητεῖν παρ᾽ αὐτῶν τοὺς κύνας λέγοντες ὡς ἐκεῖνοι τῆς ἔχθρας αἴτιοι εἰσίν. ἐγχειρίσαι δὲ αὐτοὺς ἐπιδέξιον, ὥστε μεταξὺ αὐτῶν εἰρήνην γενέσθαι. τὰ δὲ πρόβατα μὴ προορώμενα τὸ μέλλον, ὑπ᾽ ἀνοίας ἐξεδίωξαν τοὺς κύνας. καὶ οἱ λύκοι περιγενόμενοι ἐκείνων, ῥᾳδίως τὴν ποίμνην ἀφύλακτον οὖσαν διέφθειραν.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτως τῶν πολλῶν ἀεὶ τοὺς προεστῶτας ῥᾳδίως προδιδοῦσαι λανθάνουσι καὶ αὐτοὶ ταχέως πολεμίοις χειρούμενοι.

Λύκοι, πρόβατα καὶ Κριός.

Λύκοι

ΛΥκοι πρέσβεις ἔστειλαν τοῖς προβάτοις. εἰρήνην ποιῆσαι μετ᾽ αὐτῶν διηνεκῆ, εἰ τοὺς κύνας λάβωσι, καὶ διαφθείρωσι. τὰ μωρὰ δὲ πρόβατα, συνέθεντο τοῦτο ποιῆσαι. Ἀλλά τις γέρων κριὸς εἶπεν, πῶς ὑμῖν πιστεύσω καὶ συνοικήσω, ὅπου καὶ τῶν κυνῶν φυλαττόντων με ἀκινδύνως νέμεσθαι οὐ δυνατόν ἐστι.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι οὐ δεῖ τινὰ ἀσφαλείας τῆς ἑαυτοῦ γυμνωθῆναι, τοῖς κατὰ πολλάκις ἐχθροῖς δι᾽ ὅρκων πεισθέντα.

LVpi legatos misere ouibus, pacem continuam facturi cum iis, si canes comprehendentes occidant. Amentes verò oues faciendũ id recepere. Sed vetulus quis aries dixit. Qui vobis cõfidam & cohabitabo, quandoquidem custodientibus me canibus sine periculo non licet pascere.

ADFABVLATIO.

Non oportere quenquam securitate sua & præsidiis nudari, ab summis hostibus per iuramentum persuasum.

Λύχνος.

Μεθύων λύχνος ἐν ἐλαίῳ καὶ φέγγων, ἐκαυχᾶτο ὡς ὑπὲρ ἥλιον πλέον λάμπει. ἀνέμου δὲ πνοῆς συῤῥεύσαντος, εὐθὺς ἐσβέσθη. ἐκ δευτέρου δὲ ἅπτων τις, εἶπεν αὐτῷ φαῖνε λύχνε καὶ σίγα, τῶν ἀστέρων τὸ φέγγος, οὔποτε ἐκλείπει.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι οὐ δεῖ τινὰ, ἐν τοῖς λαμπροῖς καὶ τῇ δόξῃ τοῦ βίου τυφοῦσθαι. ὅσα γὰρ ἂν κτήσαιτό τις, ξένα τυγχάνει.

Lucerna. 243

OLeo ebria lucerna lucens gloriabatur quasi præ sole splenderet clarius. At venti spiraculo confluente, statim extincta est. Rursus autem accendens quispiam dixit. Luce Lucerna & tace astrorum lux nunquam deficit.

ADFABVLATIO.

Non oportet quenquam dignitatibus & huius vitæ gloriæ occæcari. Quæcumque enim quæsiit aliena sunt.

Μέλισ- Apes

Apes & Iupiter. 244

Μέλισσαι καὶ Ζεύς.



APes mel ſuum hominibus cum præbuiſſent, venere ad Iouem rogantes vt aculeis ſuis lethiferam vim inderet. Iupiter earum offenſus inuidentia, eas ſic conſtituit, vt cum aliquem pungunt, aculeos amittant, inſuper & ſalute priuentur.

ADFABVLATIO.

Sermo hic in homines conuenerit inuidos, qui & inde damnum ſuſtinent.

Cit-

ΜΕλισσαι ἀνθρώποις τοῦ ἰδίου μέλιτος ἐπεὶ παρεῖχον, ἧκον πρὸς τὸν Δία καὶ τοῦτον ἐδέοντο εἴπως αὐταῖς ἰσχὺν παρέχει πλησούσαις τοῖς κέντροις ἀναιρεῖν. καὶ ὁ Ζεὺς ἀγανακτήσας κατ' αὐτῶν διὰ τὴν βασκανίαν, παρεσκεύασεν αὐτὰς ἡνίκα ἂν τύπτωσί τινα, τὸ κέντρον ἀποβαλεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο καὶ σωτηρίας στερίσκεσθαι.

Ἐπιμύθιον.

Οὗτος ὁ λόγος ἁρμόσειεν πρὸς ἄνδρας βασκάνους, οἳ καὶ αὐτοὶ βλάπτεσθαι ὑπομένουσιν.

Μυια-

Μηναγύρται.

Μηναγύρται ὄνον ἔχοντες, τούτῳ εἰώθεισαν τὰ σκεύη ἐπιτιθέντες ὁδοιπορεῖν. καὶ δήποτε ἀποθανόντος αὐτοῦ ἀπὸ κόπου, ἐκδείραντες αὐτὸν, ἐκ τοῦ δέρματος τύμπανα κατεσκεύασαν, καὶ τούτοις ἐχρῶντο. ἑτέρων δὲ αὐτοῖς μηναγυρτῶν ἀπαντησάντων, καὶ πυνθανομένων αὐτῶν ποῦ ἂν εἴη ὁ ὄνος, ἔφασαν, τεθνηκέναι μὲν αὐτὸν, πληγὰς δὲ τοσαύτας λαμβάνειν, ὅσας οὐδὲ ζῶν ὑπέμεινεν.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω καὶ τῶν οἰκετῶν ἔνιοι, εἰ καὶ τῆς δουλείας ἀφεῖνται, τῶν δουλικῶν οὐκ ἀπαλλάττονται.

Circulatores. 145

Circulatores Asellum habentes consueuerant, ei impositis sarcinis iter facere. mortuum tandem ex labore Asellum deglubentes, ex corio sibi tympana confecere, iisque sunt vsi. Obuiantibus autem Circulatoribus aliis, & vbi esset Asellus requirentibus respondere mortuum quidem esse ipsum, plagis vero tot concidi, quot neque viuus accepisset.

ADFABVLATIO.

Sic seruorum nonnulli seruitute licet liberati, seruilibus tamen non liberantur.

Μύες καὶ Γαλαῖ.

Μυσὶ καὶ Γαλαῖς πόλεμος ἦν. ἀεὶ δὲ οἱ Μύες ἡττώμενοι, ἐπειδὴ συνῆλθον εἰς ταὐτὸν, ὑπέλαβον ὅτι δι' ἀναρχίας τοῦτο πάσχουσιν. ὅθεν ἐπιλεξάμενοι στρατηγοὺς ἐχειροτόνησαν. οἱ δὲ βουλόμενοι ἐπισημότεροι τοῖς ἄλλοις εἶναι, κέρατα κατασκέ-

υασαν-

Mures & Feles. 246

Muribus & Felibus bellum erat. Continuo autem victi Mures, cum vna conuenissent, suspicati id propter Regis defectum euenire, duces selectos elegere, qui insigniores cæteris esse dum volunt, cornua sibi adapta-

apta-

aptauere. Ingruente prælio mures vinci omnes cõtigit. Cæteri vero facile caua subiere. At duces ob cornua ingredi cum nequirẽt, capti deuorati sũt.

ADFABVLATIO.

Sic multis malorũ caussa vanæ gloriæ studium fuit.

Musca. 247

MVsca in ollam incidens carnibus plenam vbi suffocari debuit, seipsam sic est adlocuta. Quin ego & comedi, & bibi, & tota sum. Etsi moriar haud curo.

ADFABVLATIO.

Indicat oratio patientius ferre mortem homines cum se consolantur quando sine tormentis moriuntur.

Formica & Cătharus. 248

ÆState formica circa aruum quoddã vagata triticum & hordeum colligit recondens sibi in hybernã escam. Cantharus eam intuitus miserem putabat vt laboriosissimã, siqui-

νασάντας. ἑαυτοῖς συνῆψαν. ἐνστάσης δὲ τῆς μάχης συνέβη πάντας τοὺς μύας ἡττηθῆναι. οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ῥᾳδίως εἰσέδυον. οἱ δὲ στρατηγοὶ μὴ δυνάμενοι εἰσελθεῖν διὰ τὰ κέρατα, ἀναλαμβανόμενοι κατησθίοντο.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτως πολλοῖς ἡ κενοδοξία κακῶν αἰτία γίνεται.

Μυῖα.

ΜΥῖα ἐμπεσοῦσα εἰς χύτραν κρέατος, ἐπειδὴ ἀποπνίγεσθαι ἤμελλεν, ἔφη πρὸς ἑαυτήν, ἀλλ' ἔγωγε καὶ βέβρωκα καὶ πέπωκα, καὶ λέλουμαι, κἂν ἀποθάνω οὐδὲν μέλει μοι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι ῥᾷδιον φέρουσι τὸν θάνατον οἱ ἄνθρωποι, ὅταν ἀβασανίστους παρακαλοῦσι.

Μύρμηξ καὶ Κάνθαρος.

ΩΡα θέρους μύρμηξ περιιὼν κατὰ τὴν ἄρουραν, πυροὺς καὶ κριθὰς συνέλεγεν ἀποθησαυριζόμενος ἑαυτῷ τροφὴν εἰς τὸν χειμῶνα. κάνθαρος δὲ τοῦτον θεασάμενος, ἐταλάνι-



ταλανίζειν ὡς ἐπιπονώτατον. εἴγε παρ᾽ ὅλον τὸν καιρὸν μοχθεῖ παρὰ πάντα τὰ ζῶα. ὁ δὲ μύρμηξ τότε μὲν ἡσυχάσας ὑπήνεγκεν. χειμῶνος δὲ ἐπιγινομένου καὶ τῆς κόπρου ὑπὸ τῶν ὑδάτων κατακλυσθείσης, ὁ κάνθαρος λιμώττων ἧκεν πρὸς τὸν μύρμηκα τροφῆς μεταλαβεῖν δεόμενος. ὁ δὲ ἔφη πρὸς αὐτὸν ὦ κάνθαρε, ἀλλ᾽ εἰ τότε ἐπήνεις ὅτε με μοχθοῦντα ὠνείδιζες, οὐκ ἂν νῦν τροφῆς ἐπεδέου.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος διδάσκει μὴ ἀμελεῖν ἡμᾶς ἐπὶ τῇ τῶν ἀναγκαίων φροντίδι, ἀλλὰ καιρῷ εὐθέτῳ τὰ πρὸς σωτηρίαν μεριμνᾶν.

siquidem omni præter cætera animalia tempore laborat. Formica quidem tũc temporis id tulit. hyeme vero iam exorta & stet core sub aquis incluso, cãtharus esuriens ad formicam venit cibum vt cõmunicaret rogans; at illa dixit, ò canthare, si tunc me laudasses cum laborantẽ vituperabas, nũc minime cibo indigeres.

AD FABVLATIO.

Docet fabula non negligentes esse nos opportere in necessariorum cura, sed tempestiue quæ ad salutem faciunt curare.

Μῦς καὶ Βάτραχος.

Mus & Rana. 249



MVs terrestris malo suo fato Ranæ amicus factus est. Rana enim animo dolos commenta, muris pedem, suo alligauit pedi. Primo quidem in agrum venere frumentum comesuri. mox ad lacus labra vbi appropinquassent, Rana murem in profundū demersit, in aquis ipsa garriēs, & suum brekekekex coaxans. Miser quidem mus aqua distentus periit: natabatq; Ranæ pedi alligatus, cum Miluus eum conspiciens rapuit vnguibus quem Rana vincto secuta est esca Miluo futura.

ADFABVLATIO.

Mor-

ΧΕρσαῖος μῦς κακῇ μοίρᾳ βατράχῳ ἐφιλιώθη. ὁ δὲ βάτραχος κακῶς βουλευσάμενος, τὸν πόδα τῆς μυὸς, τῷ ἑαυτοῦ ποδὶ συνέδησε. καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς χώρας ἦλθον σῖτον δειπνήσοντες. ἔπειτα τὸ χεῖλος τῆς λίμνης πλησιάσαντες ὁ μὲν βάτραχος τὸν μῦν εἰς τὸν βυθὸν κατήνεγκεν. αὐτὸς βρυχάζων τῷ ὕδατι, καὶ τὸ βρεκεξ καὶ κεξαὶ ἀνακράζων. ὁ δὲ ἄθλιος μῦς τῷ ὕδατι φυσηθεὶς, ἐτεθνήκει. ἐπέπλει δὲ τῷ ποδὶ τοῦ βατράχου συνδεδεμένος. ἴκτινος δὲ τοῦτον ἰδὼν, τοῖς ὄνυξιν ἥρπασε. βάτραχος δὲ δεσμώτης ἐπηκολούθει. δεῖπνον καὶ αὐτῷ ἰκτίνῳ γενόμενος.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι

Ὅτι κἂν νεκρὸς ἦτις, ἰσχύει πρὸς ἄμυναν. ἡ γὰρ θεία δίκη, ὑφορᾷ πάντα. καὶ τοῖς ἴσον ἀποδιδοῦσι, ζυγοστατεῖ.

Mortuus licet, ad vindictam satis pollet diuina siquidem vindicta, parca refert quasi in trutina examinans.

Ναυάγος. Naufragus. 250



Ἀνὴρ πλούσιος ἀθηναῖος μεθ᾽ ἑτέρων τινῶν ἔπλει. καὶ δὴ χειμῶνος σφοδροῦ γενομένου, καὶ τῆς νηὸς περιτραπείσης, οἱ μὲν λοιποὶ πάντες διενήχοντο. ὁ δὲ ἀθηναῖος παρ᾽ ἕκαστα τὴν ἀθηνᾶν ἐπικαλούμενος, μυρία ἐπηγγέλλετο, ἐὰν περισωθῇ. εἷς δέ τις τῶν συννεναυαγηκότων, παρανηχόμενος ἔφη πρὸς αὐτόν. σὺν ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει.

Pecuniosus quidam Atheniensis, cum aliis quibusdā nauigabat. Suborta autem tempestate, subuersaq; naue, reliqui omnes tranatauerūt. Atheniensis verò, subinde Mineruam inuocans sexcenta promittebat si seruaretur: Cum adnatans ex cōnaufragis vnus, cum Minerua, inquit, tu quoque manum moue.

ADFABVLATIO.

Qui in calamitates incidere, necesse est & pro se laborantes, sic posteà Deum ob auxilia inuocare.

Ἐπιμύθιον.

Τοὺς εἰς συμφορὰς ἐμπίπτοντας χρὴ καὶ αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν κοπιᾷν, καὶ εἶθ' οὕτως τοῦ θεοῦ περὶ βοηθείας δεῖσθαι.

Naufragus & Mare. 251

Ναυάγος καὶ θάλασσα.



NAufragus in littus eiectus præ labore dormiebat. Paulò post excitatus mari conuiciabatur, accusans quod aspectus comitate homines alliciens, vbi eos suscepertit, absorbens disperdat. At illud mulieri assimilatum, sic eum adfatur. Ne me, heus tu, accuses, sed ventos. Ego enim tale natura sum, quale me modò intue-

ΝΑυάγος ἐκβρασθεὶς εἰς τινα αἰγιαλὸν, διὰ τὸν κόπον ἐκοιμᾶτο. μετὰ μικρὸν δὲ ἐξαναστὰς ἐμέμφετο τῆς θαλάσσης. αὐτὴ δὲ ἐνατίζων, ὅτι γε δελεάζουσα τοὺς ἀνθρώπους τῇ πρᾳότητι τῆς ὄψεως, καὶ ἡνίκα ἂν αὐτοὺς προσδέχηται, ἀπογαστρισαμένη διαφθείρει. ἡ δὲ ὁμοιωθεῖσα γυναικὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ὦ οὗτος μὴ ἐμὲ μέμφου, ἀλλὰ τοὺς ἀνέμους. ἐγὼ μὲν γὰρ φύσεως τοιαύ-

τοιαύτη εἰμὶ, ὁποίαν με νῦν ὁρᾷς. οἱ δὲ, αἰφνίδιον μοὶ ἐμπίπτοντες κυματίζουσι καὶ ἐξαγριαίνουσι.

Ἐπιμύθιον.

Δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς τῶν ἀδικημάτων οὐδὲν τοὺς δρῶντας αἰτιᾶσθαι, ὅταν ἑτέροις ὑποτεταγμένοι ὦσιν. ἀλλὰ τοὺς ἐπιστατοῦντας.

intueris. Hi verò improuiso in me irruentes, fluctus excitant, & exacerbant.

ADFABVLATIO.

Oportet igitur & nos quoque nequaquam eos accusare propter errata, qui aliis subiecti sunt; sed eos qui iussere.

Νέος ἄσωτος καὶ χελιδών.

Νέος ἄσωτος καταφαγὼν τὰ πατρῷα, ἱματίου καὶ μόνου περιληφθέντος, ὡς ἐθεάσατο χελιδόνα παρὰ καιρὸν ὀφθεῖσαν, οἰόμενος ἤδη θέρος εἶναι, ὡς μηκέτι δεόμενος ἱματίου, καὶ τοῦτο ἐπώλησεν ὕστερον δὲ χειμῶνος ἐπιλαβομένου, καὶ σφόδρα πηγνυμένου τοῦ ἀέρος, ἐπειδὴ ἴδε τὴν χελιδόνα νενεκρωμένην ἔφη πρὸς αὐτὴν, ὦ αὕτη σὺ κἀμὲ ἀπώλεσας.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι πᾶν τὸ παρὰ καιρὸν πραττόμενον ἐπικίνδυνόν ἐστιν.

Filius Helluo & Hirundo. 252

IVuenis helluo patriis abliguritis bonis, & veste solum reliqua, vt intempestiue aduenientem Hirundinem vidit, adesse iam æstatem ratus, & quasi minime opus habens amictu, vestem quoq; vendidit. Ingruente vero rursus hyemali frigidaq; tempestate vbi hirundinem mortuam vidit, Heus tu, ait, & me quoq; perdidisti.

ADFABVLATIO.

Indicat fabula quodlibet intempestiue factum, tutum nequaquam esse.

Ὁδοιπόροι καὶ Ἄρκτος.

Viatores & Vrsus. 153

AMici duo vna iter faciebant. Vrso iis occurrente, alter eorum cõtinuo in arborẽ euasit, ibiq; latuit. Alter iam iam opprimendus, humi prostratus mortuum se simulauit, vrsoque rostrum admouente, & vndique odorante, anhelitum continuit. (Aiunt enim animal hoc cadauera non attingere.) discedente vero Vrso, ille de arbore descendens alterum rogabat, quidnam in aurem insusurrasset Vrsus; respondit alter, cum amicis iis in posterum iter non facere, qui non perstant in periculis.

ADFABVLATIO.

Indicat fabula veros amicos calamitates probare.

ΔΥο φίλοι τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐβάδιζον. Ἄρκτου δὲ αὐτοῖς ἐπιφανείσης, ὁ μὲν εἰς φθάσας ἀνέβη ἐπί τι δένδρον, καὶ ἐνταῦθα ἐκρύπτετο. ὁ δὲ ἕτερος μέλλων περικατάληπτος γίνεσθαι, πεσὼν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, ἑαυτὸν νεκρὸν προσεποιεῖτο. τῆς δὲ Ἄρκτου προσενεγκούσης αὐτῷ τὸ ῥύγχος, καὶ περιοσφραινομένης, τὰς ἀναπνοὰς συνεῖχε. φασὶ γὰρ νεκροῦ μὴ ἅπτεσθαι τὸ ζῶον. Ἀπαλλαγείσης δὲ, ὁ ἀπὸ τοῦ δένδρου καταβὰς ἐπυνθάνετο τοῦ ἑτέρου, τί ἡ ἄρκτος πρὸς τὸ οὖς ἠρείκει. ὁ δὲ εἶπε, τοῦ λοιποῦ τοιούτοις μὴ συνοδοιπορεῖν φίλοις, οἳ ἐν κινδύνοις οὐ παραμένουσιν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος δηλοῖ τὰς γνησίους τῶν φίλων αἱ συμφοραὶ δοκιμάζουσι.

Viatores & Coruus. 254

PRofectis ad negotium quoddam quibusdam, Coruus oculorum altero mutilus obuius fuit. conuersis illis & vt reuerterentur suadente quodam illud velle augurium, alter respondit. Qui nobis illa futura prædixerit qui ne-

Ὁδοιπόροι καὶ Κόραξ.

ΠΟρευομένοις τισὶν ἐπὶ πρᾶξίν τινα κόραξ ὑπήντησεν τὸν ὀφθαλμὸν τὸν ἕτερον πεπηρωμένος. ἐπιτραφέντων δὲ αὐτῶν καὶ τινὸς ὑποστρέψαι παραινοῦντος, τοῦτο σημαίνειν τὸν οἰωνόν. ἕτερος ὑποτυχὼν εἶπεν, καὶ πῶς οὗτος ἡμῖν δύναται τὰ μέλλοντα

μαντεύεσθαι, ὃς οὐδὲ ἰδίαν πήρωσιν προείδετο ἵνα φυλάξηται.

Επιμύθιον.

Οὕτω καὶ οἱ ἐν τοῖς οἰκείοις πράγμασι τὸ ἄβουλον κεκτημένοι, καὶ εἰς τὰς τῶν πέλας συμβουλίας ἀδόκιμοι.

que propriam, vt caueret, caritatem præuidit,

ADFABVLATIO.

Sic qui in propriis rebus desipiunt, in consilio aliis dando inutiles & viles.

Ὁδοιπόροι καὶ Πλάτανος.

Ὁδοιπόροι θέρους ὥρα περὶ μεσημβρίαν ὑπὸ καύματος τρυχόμενοι, ὡς ἐθεάσαντο πλάτανον, ὑπὸ ταύτην καταντήσαντες, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ κατακλιθέντες, ἀνεπαύοντο. ἀναβλέψαντες δὲ εἰς τὴν πλάτανον ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἀνωφελές ἐστι καὶ ἄκαρπον τοῦτο ἀνθρώποις τὸ δένδρον. ἡ δὲ ὑποτυχοῦσα ἔφη πρὸς αὐτούς, ὦ ἀχάριστοι, ὅτι τῆς ἐξ ἐμοῦ εὐεργεσίας ἀπολαύοντες, ἀχρείαν με καὶ ἄκαρπον ἀποκαλεῖτε.

Επιμύθιον.

Οὕτω πολλοὶ ἀτυχεῖς εἰσίν, καὶ εὐεργετοῦντες τοὺς πέλας, ἐξ αὐτῶν μᾶλλον εὐχαριστοῦνται.

Viatores & Platanus. 255

Viatores æstate meridianis horis æstu defatigati; vt platanon videre ad eam profecti, eius sub vmbra recubantes quieuere. Sursum verò spectãtes in Platanon, inuicem sic colloquebantur. Quam inutilis arbor hæc hominibus & sterilis? Quibus Platanus, ô ingrati respondit, quod meo beneficio vsi, inutilem me & infrugiferam iactatis.

ADFABVLATIO.

Sic multi ex tenuioribus, dum extraneos adiuuant, minorem ab iisdem beneficiorum gratiã nanciscuntur.

Ὁδοιπόρος καὶ Τύχη.

Viator & fortuna 256



Viator itinere multo iam confecto, quum labore conficeretur, ad puteum aliquem prostratus dormiuit. Cum in eum delapsurus esset, fortuna adstans excitansque eum, dixit, Heus tu si cæcidisses num me non tuam accusaturus eras imprudentiam?

ADFABVLATIO.

Sic hominum plurimi, suorum culpa miseri Deos accusant.

Ὁδοιπόρος πολλὴν ὁδὸν διανοίσας, ἐπειδὴ κόπῳ συνέκειτο πεσὼν παρά τι φρέαρ ἐκοιμᾶτο. μέλλοντος δ' αὐτοῦ ὅς οὔπω καταπίπτειν, ἡ τύχη ἐπιστᾶσα καὶ διεγείρασα αὐτὸν, εἶπεν, ὦ οὗτος εἴγε ἐπεπτώκεις, οὐκ ἂν τῆς ἑαυτοῦ ἀβουλίας, ἀλλ' ἐμὲ αἰτιῶ.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων δι' αὑτοὺς δυστυχήσαντες τοὺς θεοὺς αἰτιοῦνται.

Asini emptor. 257

Asinum quidam empturus, in experimentum & probam acce-

Ὄνον ἀγοράζων.

Ὄνον τις ἀγοράζειν μέλλων, ἐπὶ δοκιμασίᾳ καὶ πείρᾳ αὐτὸν ἔλαβεν. καὶ εἰσαγαγὼν αὐτὸν. ἐπὶ τῆς φάτνης

μετὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὄνων τοῦτον ἔστησεν. ὁ δὲ καταλιπὼν τοὺς ἄλλους ἐπὶ τῷ ἀργοτάτῳ καὶ ἀδηφάγῳ ἔστη, καὶ ὃς οὐδὲν ἐποίει. δήσας οὖν καὶ ἀπαγαγὼν, τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ τοῦτον παρέδωκε. τοῦ δὲ ἐρωτῶντος εἰ οὕτω ταχεῖαν αὐτοῦ τὴν δοκιμασίαν ἐποιήσατο, ὑποτυχὼν εἶπεν, ἀλλ' ἐγώγε οὐδὲ ἐπιδέομαι πείρας. οἶδα γὰρ ὅτι οὗτος *** ὁποῖος ἐξ ἁπάντων τὸν συνήθη ἐπελέξατο.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι τοιοῦτος ἕκαστος ὑπολαμβάνεται εἶναι, ὁποῖος ἑτέροις συναναστρέφεται.

accepit; ad præsepe igitur cum aliis suis deduxit asinis. Ille vero cæteris relictis prope segniorem & voracissimum stetit, & qui nihil agebat: vinciens ergo eum, proprio reddidit domino sciscitantiq; illi an tam cito eius fecisset experimentum, respondens ait, ego verò probatione opus nō habeo scio enim eum talem esse, qualis is est, quem socium delegit sibi.

ADFABVLATIO.

Talis quisq; præsumitur esse, qualibus ille conuersatur amicus.

Ὄνος.

Ὄνος ἅλας γέμων ποταμὸν διέβαινεν, ὀλισθὼν δὲ ὡς κατέπεσεν εἰς τὸ ὕδωρ, ἐκτακέντος τοῦ ἅλατος κουφότερον ἐξανέστη. ἡσθεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἐπειδὴ ὕστερόν ποτε σπόγγους ἦν πεφορτισμένος, κατά τινα ποταμὸν ἐγένετο, ᾠήθη δὲ ὅτι ἐὰν πάλιν πέσῃ, ἐλαφρότερος διεγερθήσεται. καὶ δὴ ἑκὼν ὤλισθε. συνέβη δὲ αὐτῷ τῶν σπόγγων ἀνασπασάντων τὸ ὕδωρ, μὴ δυνάμενος ἐξαναστῆναι ἐντοῦθα ἀποπνιγῆναι.

Ἐπι-

Asinus sale onustus. 258

Asinus sale onustus flumen transmeabat. Lapsus, in aquam decidit. Liquescente sale, expeditior surrexit. Ea re gauisus, cum postea spongiis onustus ad flumen quoddam venisset, ratus si rursus decideret, fore vt leuiore cū onere surgeret, consulto delapsus est. At spongiis aquam absorbentibus cū adsurgere nequiret, inibi suffocari contigit.

Ad-

ADFABVLATIO.

Sic hominum nonnulli proprio artificio, inscii in calamitates incidunt.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι, διὰ τῆς ἰδίας ἐπινοίας λανθάνουσι συμφοραῖς ἐνόμενοι.

Asinus & Vulpes. 259

ASinus canentes audiens, cicadas, earum concentus æmulus, rogauit quibus vescentes cibis tam suauem emitterẽt vocem. illis verò se rore vesci respondentibus, Asinus rorem dum expectat, fame periit.

ADFABVLATIO.

Sic qui res contra naturam cupiunt, præterquam quod non adsequuntur, maxima insuper afficiuntur calamitate.

Ὄνος καὶ Ἀλώπηξ.

ΟΝΟΣ ἀκούσας τεττίγων ᾀδόντων, καὶ ζηλώσας αὐτῶν τὴν εὐφωνίαν, ἐπυνθάνετο τί σιτούμενοι τοιαύτην φωνὴν ἀφιᾶσιν. τῶν δὲ εἰπόντων δρόσον. ὁ ὄνος προσπαραμένων τῇ δρόσῳ, λιμῷ διεφθάρη.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτως οἱ τῶν παρὰ φύσιν ἐπιθυμοῦντες, πρὸς τῷ μὴ ἐπιτυχεῖν καὶ τὰ μέγιστα δυστυχοῦσι.

Asinus & Vulpes. 260

ASinus spinosum edebat paliurum. Eum intuita Vulpes dixit, Qui sic lingua mollicula, rudem & spinosam hanc voras escam?

ADFABVLATIO.

Nugacium hominum accusationes non audiendæ.

Ὄνος καὶ Ἀλώπηξ.

ΟΝΟΣ ἀκανθώδεις παλιούρους ἤσθιε. τοῦτον ἰδοῦσα ἡ Ἀλώπηξ, εἶπε, πῶς οὕτω τῇ ἁπαλῇ γλώσσῃ τὸ σκληρὸν, καὶ ἀκανθῶδες προσφάγιον ἐσθίεις;

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι οὐ δεῖ φλυαρῶν ἀνδρῶν κατηγορίας ἀκούειν. εἰς

κίνδυνον γὰρ ἄγουσι τὸν ἀκούοντα.

Ὄνος βαστάζων εἴδωλον.

Ὄνῳ τις ἐπιθεὶς ξόανον ἦγε. πολλοὶ δὲ προσεκύνουν τῶν συναντούντων. ὁ δὲ ὄνος τυφωθεὶς, νομίζων αὐτὸν προσκυνεῖν τοὺς ἀγροίκους, σκιρτῶν, ἤμελλε τὸν θεὸν ῥίψαι. ἀλλὰ τοῦτον ξύλῳ παίων ὁ δεσπότης εἶπεν, ὄνος εἶ θεὸν φέρων, ἀλλ' οὐ θεοῖς ὑπάρχεις ὁμότιμος.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι κτηνώδεις ἄνδρας τοὺς τυφωμένους ἐπ' ἀλλοτρίαις, ὁ λόγος ἐλέγχει.

Audientem enim in periculum deducunt.

Aſinus ferens ſtatuam. 261

Aſinũ impoſita Dei alicuiꝰ ſtatua ducebat quiſpiam, multi obuiantium eam adorauere? Aſinus inaniter ſuperbiens, ſe adorari à ruſticis arbitratus, ſaliens Deum ferè excuſſit ſed eum ligno tonſitans herus dixit, Aſinus es Deum geſtans, diis in honore nequaquam par.

ADFABVLATIO.

Viles homines aliena ſuperbientes gloria hæc taxat oratio.

Ὄνος καὶ Λεοντῆ.

Aſinus & leõina pellis. 262



ASinus leoninam indutus, leo videbatur omnibus. Hinc fuga erat hominum, hinc gregum. vbi verò flante vento ablata fuit pellis, Asinusque nudatus, tunc omnes, accurrentes, fustibus & clavis verberauere.

ADFABVLATIO.

Cum pauper sis & priuatus, ne diuitum imitere facta, ne quando irridearis periclitерisq;. Alienum enim inconueniens est.

ΟΝΟΣ δορὰν λέοντος ἐπενδυθεὶς, λέων ἐνομίζετο πᾶσι. καὶ φυγὴ μὲν ἦν ἀνθρώπων, φυγὴ δὲ ποιμνίων. ὡς δὲ ἀνέμου πνεύσαντος ἡ δορὰ περιῃρέθη καὶ γυμνὸς ὁ ὄνος ἦν, τότε πάντες ἐπιδραμόντες, ξύλοις καὶ ῥοπάλοις αὐτὸν ἔτυπον.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι πένης καὶ ἰδιώτης ὤν, μὴ μιμοῦ τὰ τῶν πλουσίων. μήποτε καταγελασθῇς καὶ κινδυνεύσῃς. τὸ γὰρ ξένον ἀνοίκειον.

Asinus & Lupus. 263

ASinus calcato palo claudus factus, cōspectum Lupum sic adorsus est. Præ cruciatu ô Lupe, demorior, oportetque vt tibi esca, vel vulturibus, vel coruis fiam. Gratiam itaque vnicam à te postulo illam, vt prius palū de pede euellas meo, ne cum dolore moriar. Lupus palum mordicus apprehendens euulsit. Asinus dolore liberatus, in hiantem lupum calcitrans effugit, quassatis ei naribus, fronte, dētibusq;. Lupus

Ὄνος καὶ Λύκος.

ΟΝΟΣ πατήσας σκόλοπα χωλὸς ἑστήκει. Λύκον δὲ ἰδὼν, ἔφη ἑαυτῷ, ὦ λύκε ἰδοὺ ἐκ πόνου ἀποθνήσκω. καὶ δεῖ μέ σου γενέσθαι δεῖπνον ἢ γυπῶν, ἢ κοράκων. χάριν δὲ μίαν αἰτῶ σε, ἐξελεῖν πρότερον τὸν σκόλοπα ἐκ ποδός μου, ὅπως μὴ μετὰ πόνου τεθνήξομαι. ὁ δὲ λύκος ἄκροις ὀδοῦσι δακὼν τὸν σκόλοπα, ἐξεῖλεν. ὁ ὄνος δὲ λυθεὶς τοῦ πόνου, ἐπὶ τὸν λύκον χάσκοντα λακτίσας φεύγει, ῥῖνας μέτωπον καὶ ὀδόντας συνθλάσας. ὁ δὲ λύκος

κ@ ἔφη, οἴμοι δικαίως πάσχω, ὅτι τὸν ἱππιατρ@ ἐθέλησα χρῆσαι.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι τινὲς διπλοῖς κινδύνοις περιπεσόντες, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὠφελεῖν πειρωμένοις, δολίως αὐταμοιβὴν κακὴν παρέχον.

pus verò, Hei mihi exclamat, merita patior, qui veterinarii muneri defungi voluerim.

ADFABVLATIO.

Multi in pericula delapsi gemina hostibus etiam prodesse conantibus fraudulentè malum retulere.

Οὐρὰ καὶ Μέλη Ὄφεως.

Οὐρά ποτε Ὄφεως ἠξίου προάγειν καὶ βαδίζειν. τὰ δὲ λοιπὰ μέλη ἔλεγον. πῶς χωρὶς ὀμμάτων καὶ ῥινὸς ἡμᾶς ἄξεις, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα; ταύτης δὲ οὐκ ἔπειθον, ἕως τὸ φρονοῦν ἐνικήθη. ἡ οὐρὰ δὲ ἦρχε καὶ ἦγε σύρουσα τυφλὴ πᾶν τὸ σῶμα. ἕως εἰς βάραθρον πετρῶν ἐνεχθεῖσα, τὴν ῥάχιν καὶ πᾶν τὸ σῶμα ἐπλήγη. σαίνουσα δὲ ἱκέτευε τὴν κεφαλὴν, λέγουσα, σῶζον ἡμᾶς, εἰ θέλεις δέσποινα τῆς κακῆς γὰρ ἔριδ@ ἐπειράθην.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι ἄνδρας δολίους καὶ κακοὺς, καὶ τοῖς δεσπόταις ἐπανισταμένους, ὁ λόγ@ ἐλέγχει.

Ὄφις

Cauda & membra serpentis. 264

SErpentis cauda ducere & præcedere rogauit. Cætera verò membra dixere. Quomodo sine oculis & naso nos ductura es, vt cætera animalia? Illam verò nequaquam persuasere, donec sapere coacta fuit. Cauda imperauit duxitque, cæca trahens integrum corpus: donec in barathrum saxosum deuoluta, tergum & totum corpus lacerauit, Turbata vero caput rogauit, aiens, serua nos, si velis, domine, malam enim contentionem experta sum.

ADFABVLATIO.

Dolosos homines & malos & dominis insurgentes indicat fabula.

Ser-

Serpens, Felis & Mures. 265

SErpens & mustela in ædibus certabant. inquilini mures ab vtrisque continuo consumpti & deuorati, vbi decertantes eos animaduertere cauis exiere suis. Illi verò mures intuiti, dimissis hostilibus animis & præliis in eosdem conuersi sunt.

ADFABVLATIO.

Qui se optimatum dissidiis immiscent sese, vtrisque appendicis, vt ita dicam, loco fiunt.

Ὄφις Γαλῆ καὶ Μύες.

ΟΦις καὶ γαλῆ ἔν τινι οἰκίᾳ ἐμάχοντο. οἱ δὲ ἐκεῖσε μύες ἀεὶ καταναλισκόμενοι ὑπὸ ἀμφοτέρων, ὡς ἐθεάσαντο αὐτοὺς μαχομένους, ἐξῆλθον βαδίζοντες. ἰδόντες δὲ τοὺς μύας, τότε ἀφέντες τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην, ἐπ' ἐκείνους ἐτράπησαν.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω καὶ οἱ ἐν ταῖς τῶν δημαγωγῶν στάσεσιν αὐτοὺς παρεισβάλλοντες, λανθάνουσι αὐτοὶ ἑκατέρων παρανάλωμα γινόμενοι.

Puer qui viscera comederat. 266

BOuem ruri sacrificantes cognatos conuocauere. Inter quos fuit mulier paupercula, cum qua & filius. Qui vbi se carnibus ingurgitasset, exclamabat dolens, ô mater ilia. Cui illa, Non tua, ait, sed quæ comedisti.

ADFABVLATIO.

Contra debitorem sermo est,

Παιδίον ἔσθιον σπλάγχνα.

ΒΟῦν τινὲς ἐπ' ἀγρῷ θύοντες, τοὺς συγγενεῖς ἐκάλεσαν. ἐν δὲ τούτοις ἦν καὶ γυνὴ πενιχρὰ, μεθ' ἧς καὶ ὁ παῖς. τὸ δὲ παιδίον τῶν κρεῶν πλήσας τὴν γαστέρα, καὶ ὀδυνόμενος ἔλεγεν, ὦ μῆτερ τὰ σπλάγχνα. ἡ δὲ εἶπεν, οὐχὶ τὰ σὰ, τέκνον, ἃ δὲ κατέφαγες.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος πρὸς ἄνδρα χρεω-

χρεωφειλέτην, ὅστις ἑτοίμως τὰ ἀλλότρια λαμβάνων, ὅταν ἀπαιτηθῇ, οὕτως ἄχθεται, ὡς οἰκόθεν προϊέμενος.

est, qui prompte acceptat aliena, cum verò postulatur illa restituere, grauatur quasi è suis amitteret.

Παῖς ἀκρίδας θηρεύων καὶ Σκόρπιος.

ΠΑῖς πρὸ τοῦ τείχους ἀκρίδας ἐθήρευε, πολλὰς δὲ συλλαβὼν, ὡς ἐθεάσατο σκόρπιον νομίσας ἀκρίδα εἶναι, κοιλάνας τὴν χεῖρα, οἷός τε ἦν καταφέρειν αὐτόν. καὶ ὃς τὸ κέντρον ἐπάρας εἶπεν, εἴθε γὰρ τοῦτο ποιήσεις, ἵνα καὶ ἃς συνείληφας ἀκρίδας ἀποβάλῃς.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι καλὸν καὶ τὰ ἐναντία γινώσκειν καὶ τὸ μὲν καλὸν τιμᾶν, τὸ δὲ κακὸν ἐκφεύγειν.

Puer locustas venans & Scorpius. 267

PVer ante mœnia locustas venabatur. Multis autem iam captis, cum quem vidit Scorpium, Locustam ratus, cauata manu in eo erat vt colligeret. Scorpius stimulum erigens ait, scilicet id facias, vt quas iam Locustas cæpisti, eas amittas.

AFFABVLATIO.

Sermo docet pulchrum esse contrarias res nosse, & pulchras quidem colere, turpes verò deuitare.

Παῖς καὶ Πατήρ.

ΥΟν τις γέρων δειλὸς μονογενῆ ἔχων γενναῖον, κυνηγῆσαι ἐφιέμενον, ἴδε τοῦτον καθ' ὕπνους ὑπὸ λέοντος ἀναλωθέντα, φοβηθεὶς δὲ μήπως ὁ ὄνειρος ἀληθεύει, οἴκημα κάλλιστον καὶ μετέωρον κατεσκεύασεν. κἀκεῖσε τὸν υἱὸν καταγαγὼν ἐφύλαττεν. ἐζωγράφησεν

Filius & Pater. 268

TImidus quidam senex vnicum habebat generosæ indolis natum, & venationis amantẽ. cũ in somnis vidit à Leone interemptum. ne ferax foret somnium veritas, domicilium elegantissimum &

& sublime construxit, illucque deducens filium adseruauit. Ad oblectationem quoque filii, omnis generis pingi curauit in eo animalia, inter quæ & Leo erat. Adolescens ea conspiciens, maiorem inde concepit mœrorem. & aliquando stans propius, Leonē sic affatus est, ô animaliū pessimū, tui & inanes somnii paterni caussa, velut carcere, sic hac includor domo? quid tibi sum facturus? sic locutus, velut Leonē occæcaturus, manum impegit parieti. Ligneus verò eius digito infixus aculeus, tumorem vna cum inflammatione ad inguina vsque ingenerauit. Febris insuper subsecuta statim vita priuauit adolescentem. Sic Leo puerum abstulit; nihil paterno cōmento adiutum.

ADFABVLATIO.

Indicat oratio neminem futura euitare posse.

Pater & Filiæ. 269

HAbens quis filias duas hanc olitori, illam figulo, nuptui dedit postea vero ad olitoris con-

φησεν δὲ ἐν τῷ οἰκήματι, πρὸς τέρψιν τοῦ υἱοῦ παντοῖα ζῶα, ἐν οἷς ἦν καὶ λέων. ὁ δὲ ταῦτα ὁρῶν πλείονα λύπην εἶχε. καὶ δήποτε πλησίον τοῦ λέοντος στὰς, εἶπεν, ὦ κάκιστον θηρίον, διὰ σὲ καὶ τὸν ψευδῆ ὄνειρον τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, τῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ κατεμβλήθην, ὡς ἐν φρουρᾷ. τί σοι ποιήσω; καὶ εἰπὼν ἐπέβαλε τῷ τείχει τὴν χεῖρα ἐκτυφλῶσαι τὸν λέοντα. Σκόλοψ δὲ τῷ δακτύλῳ αὐτοῦ ἐμπαγεὶς ὄγκωμα καὶ φλεγμονὴν μέχρι βουβῶνος εἰργάσατο. πυρετὸς δὲ ἐπιγενόμενος αὐτῷ, θᾶττον τοῦ βίου μετέστησεν. ὁ δὲ λέων καὶ οὕτως ἀνήρηκε τὸν παῖδα μηδὲν τῷ τοῦ πατρὸς ὠφεληθέντα σοφίσματι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ ὅτι οὐδεὶς δύναται τὸ μέλλον ἐκφυγεῖν.

Πατὴρ καὶ θυγατέρες.

ΕΧων τις δύο θυγατέρας, τὴν μὲν κηπουρῷ ἐξέδωκε πρὸς γάμον, τὴν δὲ ἑτέραν κεραμεῖ. χρόνου δὲ προσελθόντος,

θοντος, ἧκεν πρὸς τὴν τοῦ κηπουροῦ. καὶ ταύτην ἠρώτα πῶς ἔχει. καὶ ἐν τίνι αὐτοῖς εἴη τὰ πράγματα. τῆς δ' εἰπούσης, πάντα μὲν αὐτοῖς παρεῖναι, ἓν δὲ τοῦτο εὔχεσθαι τοῖς θεοῖς, ὅπως χειμὼν γένηται καὶ ὄμβρος. ἵνα τὰ λάχανα ἀρδεύσῃ. μετ' οὐ πολὺ πρὸς τὴν τοῦ κεραμέως. καὶ οὕτως ἐπυνθάνετο πῶς ἔχοι τῆς δὲ τὰ μὲν ἄλλα μὴ ἐνδεῖσθαι, τοῦτο δὲ μόνον εὔχεσθαι, ὅπως αἰθρία τε λαμπρὰ ἐπιμείνῃ, καὶ λαμπρὸς ἥλιος ἵνα ξηρανθῇ ὁ κέραμος. ὁ δ' εἶπεν πρὸς αὐτήν. ἐὰν οὖν σὺ μὲν εὐδίαν ἐπιζητῇς, ἡ δὲ ἀδελφή σου χειμῶνα, ποίᾳ οὖν ὑμῶν εὔξομαι.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι οἱ ἀνομοίοις πράγμασιν ἐπιχειροῦντες, εἰκότως περὶ ἑκάτερα πταίουσι.

coniugem cum venisset, quomodo valeret & quo in statu res essent interrogaret, respondit illa, omnia quidem adesse sibi, vnicum verò illud à Diis postulare, imbrem & pluuiam exoriri vt olera irrigentur. Paulo post ad figuli coniugem itidem veniens, pariter interrogauit quomodo haberet. illi vero respondenti cæteris non indigere, illud solum postulare vt serenitas solque lucidus continuetur vt exsiccentur vrcei, respondit, si tu serenitatem postulas, soror vero imbrem, cuinam vestrum preces meas adiungam?

ADFABVLATIO.

Qui discrepantes res aggrediuntur vna, merito vtrisque frustrantur.

Παῖς ψεύστης.

Παιδίον τὰ πρόβατα νέμων, λύκον ἐρχόμενον πρὸς διαφθορὰν ὁρῶν, ἐπικαλούμενον τοὺς ἀγρώτας, ἔλεγε βοηθεῖτε ἀδελφοὶ ἔρχεται λύκος. οἱ δ' ἀγρῶται τρέχοντες, τοῦτον εὕρισκον μὴ

Puer mendax. 270

PVer, ouium pastor, aduenientem Lupum, vt eas deuoraret, intuitus, Agricolas vocans dicebat, Adeste mihi, Lupus accedit. Agricolæ adcur-

currentes eum vera non dicere deprehenderes iterantemque id sæpius, itidem mentiri cognouere. Posteà adueniente Lupo, clamanti puero nemo adcurrens auxiliari voluit. Lupus vero summam nactus licentiam, totum sine impedimento dilacerauit gregem.

μὴ ἀληθεύειν. τοῦτο δὲ ποιήσαντος πολλάκις εὕρισκον ψευδόμενον. Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ λύκου προσελθόντος, καὶ τοῦ παιδὸς βοῶντος Δεῦτε λύκος, οὐκέτι τις ἀπεπίστευκε προσδραμεῖν αὐτῷ καὶ βοηθῆσαι. ὁ δὲ λύκος εὑρηκὼς ἄδειαν, τὴν ποίμνην πᾶσαν διέφθειρεν εὐκόλως.

ADFABVLATIO.

Tale nanciscitur mendax commodum, vt etiamsi vera dicat, non credatur sæpius.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι τοσοῦτον ὄφελος τῷ ψεύστῃ, ὅτι καὶ ἀληθῆ λέγων, πολλάκις οὐ πιστεύεται.

Simiæ. 171 Πίθηκοι.



SImias aiunt binos parere catulos, hunc amare & sedulo educare: illum

ΤΟὺς πιθήκους φασὶ δύο τίκτειν. καὶ τὸν μὲν ἕτερον στέργειν, καὶ μετ' ἐπιμελείας

λείας τρέφειν, τὸν δ' ἕτερον μισεῖν. Συμβαίνει δὲ κατά τινα τύχην, τὸν μὲν ἐπιμελούμενον καὶ ἀγκαλιζόμενον παρὰ τῆς μητρὸς ἀποπνίγεσθαι· τὸ δ' ὀλιγωρούμενον ἐκτελειοῦσθαι.

illum verò odisse. Fit autem nescio quo casu, vt quem ita diligenter curant, & in vlnis gestant, suffocetur, alter verò quẽ oderint, crescat & ad perfectam vsque ætatem perueniat.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι πάσης πονηρίας ἡ τύχη δυνατωτέρα.

ADFABVLATIO.

Indicat fabula omni nequitia validiorẽ naturam esse.

Πλέοντες.

Nauigantes. 272



Ἐμβάντες τινὲς εἰς σκάφος ἔπλεον. γενομένων δ' αὐτῶν πελαγίων, συνέβη χειμῶνα ἐξαίσιον γενέσθαι, καὶ τὴν ναῦν μικροῦ καταδύεσθαι. τῶν δὲ πλεόντων ἕτερος περιρρηξάμενος

Conscensa naue quidam nauigabant: cũ vero iam in altum processissent: en tempestate vehementi orta nauis fermẽ demergebatur. è nauigant-

tibus autem vnus exclamans, patrios inuocabat Deos, gemitu & eiulatu, multo. munera pollicitus si seruarent. sedata tempestate cum malacia rursus esset, ad epulas conuersi tripudiabant, exultabantq;, vtpote qui præter expectationem periculum euasissent. Durus verò gubernator cum esset, ô amici, inquit, sic nos lætari oportet quasi rursus, si sors ferat, oritura tempestate.

ADFABVLATIO.

Non multum fœlicitate extolli oportere, docet fabula fortunæ inconstantiam cogitantes.

μενος τοὺς πατρῴους θεοὺς ἐπεκαλεῖτο μετ' οἰμωγῆς καὶ στεναγμῶν, χαριστήρια ἀποδόσειν ἐπαγγελλόμενος, ἐὰν περισωθῶσι. παυσαμένου δὲ τοῦ χειμῶνος, καὶ πάλιν γαλήνης γενομένης, εἰς εὐωχίαν τραπέντες ὠρχοῦντό τε καὶ ἐσκίρτων, ἅτε δὴ ἐξ ἀπροσδοκήτου διαπεφευγότες κινδύνου. καὶ στερρὸς ὁ κυβερνήτης ὑπάρχων, ἔφη πρὸς αὐτούς; ἀλλ' ὦ φίλοι, οὕτως καὶ ἡμᾶς γεγηθέναι δεῖ ὡς πάλιν, ἐὰν τύχι, χειμῶνος ἐσομένου.

Ἐπιμύθιον.

Μὴ σφόδρα κατεπαίρεσθαι ταῖς εὐτυχίαις, ὁ μῦθος διδάσκει τῆς τύχης τὸ εὐμετάβλητον ἐννοουμένους.

Diues & Coriarius. 273

Diues coriariũ prope habitans, neq; fœtorem ferre valens, vt discederet instabat. Procrastinans ille dixit paulo post discessurum se, continuo vero manente, contigit alteri, iam assuefactũ malo odore non molestari.

ADFABVLATIO.

Indicat oratio consuetudine res difficiles leniri.

Πλούσιος καὶ Βυρσεύς.

Πλούσιον βυρσεῖ παραπλησιάζοντα καὶ μὴ δυνάμενος τὴν δυσωδίαν φέρειν, ἐπέκειτο αὐτῷ ἵνα μεταβῇ. ὁ δὲ ἀνεβάλλετο λέγων μεθ' ὀλίγον χρόνον μεταβήσεσθαι. τοῦ δὲ συνεχῶς γινομένου συνέβη χρόνου διελθόντος, ἐν συνηθείᾳ γενομένου τῆς δυσωδίας μικέτι ἐνοχλεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι ἡ συνήθεια τῶν πραγμάτων τὰ δυσχερῆ καταπραΰνει.

Pastor

Ποιμὴν

Ποιμὴν καὶ Κύων.

ΜΑνδρας εἴσω πρόβατα ποιμὴν εἰσάγων, λύκον ἤμελλε συγκλείσειν, εἰμὴ κύων ἰδὼν τοῦτον εἶπε πρὸς τὸν ποιμένα, πῶς τὰ πρόβατα σῶσαι θέλων, τὸν δὲ λύκον συνεισάγεις τῇ ποίμνῃ.

Pastor & Canis. 274

CAulam intus ducens oues Pastor, Lupum inclusurus erat: nisi canis hoc intuitus Pastori subiecisset, Quomodo gregem seruare cupiens, Lupum intromittis.

Ποιμὴν καὶ Κύων.

ΠΟιμὴν ἔχων κύνα παμμεγέθη, τούτῳ εἰώθει τὰ ἔμβρυα καὶ τὰ ἀποθνήσκοντα τῶν προβάτων παραβάλλειν. καὶ δή ποτε εἰσελθούσης τῆς ποίμνης, ὁ ποιμὴν θεασάμενος τὸν κύνα προσιόντα τοῖς προβάτοις σαίνοντα αὐτὰ, εἶπεν, ἀλλ' ὦ οὗτος ὃ θέλεις σὺ τούτοις, ἐπὶ τῇ σῇ κεφαλῇ γένοιτο.

Ἐπιμύθιον.

Πρὸς ἄνδρα λόγοις μὲν φίλον φαινόμενον, πονηρὰ δὲ κατὰ νοῦν βουλευόμενον.

Pastor & Canis. 275

PAstor grandiorem nactus canem solebat abortiuos fœtus & demortuas oues obiicere. Ingresso autem aliquando grege pastor oues adgredientem intuitus canem & adulantem dixit, quæ iis cupis euenire, tuum in caput recidant.

ADFABVLATIO.

In hominem verbis quidem amicum, scelesta autem animo voluentem.

Ποιμὴν καὶ Λυκιδεῖς.

ΠΟιμὴν εὑρὼν λυκιδεῖς, τούτους μετὰ πολλῆς ἐπιμελεί-

Pastor & Catuli lupi. 276

PAstor repertos lupi catulos cura magna educa-

ducauit, arbitratus cum adoleuissent non solum oues custodituros suas, sed insuper alias rapientes sibi delaturos. at illi citissime adulti, occasionem nacti primum ipsius gregem deuorauere. Ipse ingemens ait, merito plector, quid enim eos iuuenculos adhuc seruaui, quos vel adultos necare oportuit?

μελείας ἀνέτρεφεν, οἰόμενος, ὅτι τελειωθέντες οὐ μόνον τὰ ἑαυτοῦ πρόβατα τηρήσουσιν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ἁρπάζοντες αὐτῷ οἴσουσιν. οἱ δὲ, ὡς τάχιστα ηὐξήθησαν, ἀδείας τυχόντες πρώτην αὐτοῦ τὴν ποίμνην διαφθείρειν ἤρξαντο. ὁ δὲ, ἀναστενάξας εἶπεν, ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα. τί γὰρ τούτους νηπίους ὄντας ἔσωζον, οὓς ἔδει καὶ ηὐξημένους ἀναιρεῖν.

Pastor & Canis. 277

PAstor canem solitus erat demortuis ouibus pascere. Eum aliquando apud agnam ægrotantem stare cum vidisset, humi defixum lachrymantiq; similem demulcens dixit, Benè agis qui condoleas, sed quæ cupis ne eueniat.

ADFABVLATIO.

Talis est hæres quilibet.

Ποιμὴν καὶ σκύλαξ.

ΠΟιμὴν Σκύλακα εἴωθε τρέφειν ἐκ τῶν θνησκόντων προβάτων καὶ δήποτε ἐγγὺς ἀμνάδος νοσούσης ἱστάμενον εἶδε τὸν κύνα κατηφῆ, καὶ δοκοῦντα δακρύειν, καὶ ὁ μαλίζων αὐτὸν εἶπεν, καλῶς ποιεῖς συμπαθῶν, πλὴν ἀλλὰ μὴ γένηται μηδὲ συμβῇ ὅπερ θέλεις.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι τοιοῦτος πᾶς ἐστὶ ὃς κληρονόμος ἐστίν.

Prometheus & Homines. 278

PRometheus pro Iouis imperio homines finxit & bruta. Iupiter verò,

cum

Προμηθεὺς καὶ Ἄνθρωποι.

ΠΡομηθεὺς κατὰ πρόσταξιν τοῦ Διὸς ἀνθρώπους ἔ-

πλασε

πλασε καὶ θηρία. ὁ δὲ Ζεὺς θεασάμενος πολλῷ πλείονα τὰ ἄλογα ζῶα. ἐκέλευσεν αὐτὸν τῶν θηρίων τινὰ διαφθείραντα, ἀνθρώπους μεταπυπῶσαι. τοῦ δὲ τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος. συνέβη ἐκ τοὺς πλασθέντας, τὴν μὲν μορφὴν ἀνθρώπων ἔχειν, τὰς δὲ ψυχὰς θηριώδεις.

Επιμύθιον.

Ἔλεγχον ὁ μῦθος ἔχει πρὸς ἄνδρας θηριώδεις καὶ ὀργίλους.

cum multo plura videret esse bruta, iussit vt bruta nonnulla destruens inde homines efformaret. Dū & mandatum exequitur, accidit nonnullos ex illis effictos forma quidem esse humana, mente vero & anima ferina.

ADFABVLATIO.

Redarguit fabula ferinis morib. homines & iracundos.

Ῥόδον καὶ Ἀμάραντον.

Ῥόδῳ παραφυὲν Ἀμάραντον, ἔφη πρὸς αὐτό, οἷον ἄνθος εὐπρεπὲς εἶ καὶ ποθητὸν καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, μακαρίζω σε τοῦ κάλλους καὶ τῆς εὐωδίας. τὸ δὲ εἶπεν, ἐγὼ μὲν ὦ Ἀμάραντον πρὸς ὀλίγον καιρὸν ζῶ. καὶ κἂν μηδεὶς κόψῃ με, τήκομαι. σὺ δὲ ἀνθεῖς ἀεί, καὶ ζῇς οὕτω νέον.

Επιμύθιον.

Ὅτι κρεῖττον ὀλιγαρκούμενον τινα διαμένειν, ἢ πρὸς ὀλίγον τρυφήσαντα μεταβολῆς δυστυχοῦς τυχεῖν, ἢ καὶ ἀποθανεῖν.

Rosa & Amaranthus. 279

ROsæ adsitus Amarantus dixit. Qualis flos quàm formosus es, & amabilis diis hominibusq; beatam te ob formam & odorem arbitror. At illa ego verò, ô Amarante ait, ad breue tempus viuo, & quamuis me decerpat nemo, tabesco nihilominus: Tu verò flores continuo, & recens sic viuis.

ADFABVLATIO.

Melius est paucis contentum manere quàm breui tempore gloriatum mutationem pati infelicem, vel etiam mori.

Σφὴξ καὶ Ὄφις.

Vespa & Serpens. 280

VEspa serpentis capiti insidens & continuo pungens aculeo diuexabat. Ille dolore ad fœtus, neq; quo hostem vlcisceretur habens, in viam progreditur intuitusq; aduenientem currum, caput rotæ supposuit aiens, cum hoste meo moriar.

ADFABVLATIO.

In eos qui cum hostibus periclitari sustinent.

Σφὴξ ἐπὶ κεφαλὴν ὄφεως καθισᾶσα, καὶ συνεχῶς τῷ κέντρῳ πλήττουσα ἐχείμαζεν. ὁ δὲ περιώδυνος γενόμενος, καὶ τὸν ἐχθρὸν οὐκ ἔχων ἀμύνεσθαι ἐξελθὼν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ἰδὼν ἅμαξαν ἐρχομένην, τὴν κεφαλὴν τῷ τροχῷ ὑπέθηκε, φάσκων, συναπόλωμαι τῷ ἐχθρῷ.

Ἐπιμύθιον.

Πρὸς τοὺς συγκινδυνεύειν τοῖς ἐχθροῖς πειρωμένους.

Taurus & hircus. 281

LEonem fugiens taurus, speluncam subiit: Eum verò cornibus detrudebat Hircus. At ille, non te, ait, sed leonem timeo, qui si prætierit, intelliges quod sit tauri & Hirci robur.

ADFABVLATIO.

Sæpe potentes infortunia deiiciunt adeò, vt viliũ hominum & timidorum ferunt iniurias.

Ταῦρος καὶ Τράγος.

ΛΕοντα φεύγων ταῦρος, εἰσῆλθεν εἰς σπήλαιον. Τράγος δὲ τοῦτον τοῖς κέρασιν ἐξώθει. ὁ δὲ εἶπεν, οὐ σέ, ἀλλὰ τὸν λέοντα φοβοῦμαι. Ἐπεὶ παρέλθετο καὶ τότε γνώσῃ τίς ἡ δύναμις ταύρου καὶ τράγου.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι πολλάκις καὶ δυνατοὺς ἄνδρας αἱ συμφοραὶ ταπεινοῦσι, τοὺς ἐξ εὐτελῶν καὶ δειλῶν ὑπομένειν αἰκίας.

Cicada & Vulpes. 282

CIcada procera in arbore canebat. Vulpes autem eam deuorare cupiens

Τέττιξ καὶ Ἀλώπηξ.

ΤΕττιξ ἐπί τινος ὑψηλοῦ δένδρου ᾖδεν. ἀλώπηξ δὲ βουλομένη αὐτὸν καταφαγεῖν, τοιοῦ-

τοιοῦτον ἐπενόησεν, αὐτίκα γοῦν στᾶσα ἐθαύμασεν αὐτοῦ τὴν εὐφωνίαν. καὶ παρεκάλει καταβῆναι λέγουσα, ὅτι ἐπιθυμεῖ θεάσασθαι πηλίκον ζῶον τηλικαῦτα φθέγγεται. κἀκεῖνος ὑπονοήσας αὐτῆς ὡς ἐπὶ τὸν τέττιγα ἔφη, ἀλλὰ πεπλάνησαι ὦ αὕτη εἰ ὑπέλαβες με καταβήσεσθαι. ἐγὼ γὰρ ἀπ' ἐκείνου ἀλώπεκας φυλάττομαι, ἀφ' οὗ ἐν ἀφοδεύματι ἀλώπεκος πτερὰ τέττιγος ἐθεασάμην.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι τοὺς φρονίμους τῶν ἀνθρώπων τῶν πέλας αἱ συμφοραὶ σωφρονίζουσι.

Τοξότης καὶ Λέων.

Ἀνῆλθέ τις εἰς ὄρος τοξικῆς ἔμπειρος κυνηγῆσαι. πάντα δὲ τὰ ζῶα τοῦτον θεασάμενα ἔφυγε. Λέων δὲ μόνος προσεκάλει αὐτὸν εἰς μάχην. ὁ δὲ βέλος πέμψας, καὶ τὸν Λέοντα βαλὼν ἔφη, δέξαι καὶ ἴδε τὸν ἐμὸν ἄγγελον, οἷός ἐστι, καὶ τότε ἐγὼ ἐπέρχομαι σοι. ὁ δὲ λέων βληθεὶς ὥρμησε φεύγειν λεγούσης ὁ λέων ἔφη ὦ οὗτος οὐδαμῶς με πλανήσεις, ὅπου γὰρ τοιοῦτον πικρὸν ἄγγελον ἔχει, ἐὰν αὐτὸς ἐπέλθῃ, οὐκ ἂν ὑποίσω.

Ἐπι-

piens tale commenta est. coram stans eius admirata concentum, hortata est vt descenderet. optare se aiens quantum sit animal illud tam sonorum intueri. illa suspicans (dolos) ait, sed heus tu falleris, si me descensuram arbitraris: ex eo enim à vulpibus caueo, à quo in vulpino latibulo cicadæ alas intuita sum.

ADFABVLATIO.

Prudentiores homines aliorum sapere docent calamitates.

Iaculator & Leo. 283

IN montē venatum profectus est quidam iaculandi peritus. Animalia vbicū animaduertere, quęlibet sibi fuga consuluere. Leo solus eum prouocauit in pugnam. Ille iaculū emittens, & Leonem feriēs dixit. Nunciū hunc suscipe & vide meū qualis est: postea ego adueniā. Vulneratus Leo fugę se credidit aiens, Nequaq̄ me decipies. si talem quippe habet nunciū, quum ipse venerit, ne ego sustulerim.

Ad-

ADFABVLATIO.

Cum iis nequaquam conuersandum, qui à longe lædere possunt, ostendit fabula.

Hircus & Vulpes. 284

HIrcus æstiuo tempore impensè sitiens, in præcipitiũ descendit profundum, vt biberet. Post potum verò satur ascendere cum non posset, pænitebat eum, auxiliatoremque quærebat: quem Vulpes animaduertens dixisse fertur. O imprudens, si mentis tantum habuisses, quantum barba pilorum, nequaquam prius descendisses, quã de reditu præuidisses.

ADFABVLATIO.

Oportet rerum fine considerato, eas adgredi.

Hircus & Vitis. 285

HIrcus germina Vitis cõmedebat, germinationis tempore. Vitis verò dixit, Quid me lædis? Num tibi herba non est? attamẽ tantum, dum mactaberis, vini præbebo quantum opus erit.

Ad-

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ μηδαμῶς πλησιάζειν τοὺς πόρρωθεν χαλεπὰ πράττοντας.

Τράγος καὶ Ἀλώπηξ.

ΤΡάγος ἐν θέρει σφοδρῶς διψήσας κατῆλθεν εἰς βαθὺν κρημνὸν ὕδωρ πιεῖν. πιὼν δὲ καὶ χορτασθεὶς, οὐκ ἠδύνατο ἀνελθεῖν, καὶ μετενόει· καὶ βοηθὸν ἐζήτει. Ἀλώπηξ δὲ τοῦτον ἰδοῦσα, ἔφη, ὦ ἀνόητε, εἰ τόσας φρένας εἶχες ὅσας ἐν τῷ πώγωνι τρίχας, πρότερον οὐκ ἂν κατέβης, εἰ μὴ τὴν ἄνοδον ἔσκεψας.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι δεῖ πρότερον προσκοποῦντα τὰ τέλη τῶν πραγμάτων, οὕτω ποιεῖσθαι.

Τράγος καὶ Ἄμπελος.

ΤΡάγος ἐν τῇ ἐκβολῇ τῆς ἀμπέλου, τὴν βλάστην ἔτρωγε. τούτῳ δὲ προσεῖπεν ἡ Ἄμπελος. τί με βλάπτεις, μὴ οὐκ ἔστι χλόη, ὅμως ὅσον σοῦ θυομένου οἶνον χρήζουσιν ἐγὼ παρέξω.

Ἐπι-

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι καὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ βουλομένους τοὺς φίλους πλεονεκτεῖν ἐλέγχει ὁ λόγος.

Ὕαινα καὶ Ἀλώπηξ.

Τὰς ὑαίνας φασὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλασσομένης αὐτῶν τῆς φύσεως, ποτὲ μὲν ἄρσενας, ποτὲ δὲ θηλείας γίνεσθαι. καὶ δὴ ὕαινα θεασαμένη ἀλώπεκα ἐμέμφετο αὐτὴν, ὅτι φίλην θέλουσαν αὐτῇ γενέσθαι οὐ προσίεται. κἀκείνη ὑποτυχοῦσα εἶπεν. ἀλλ' ἐμὲ μὴ μέμφου, τὴν δὲ σὴν φύσιν, δι' ἣν ἀγνοῶ πότερον ὡς φίλῃ ἢ ὡς φίλῳ σοι χρήσομαι.

Ἐπιμύθιον.

Πρὸς ἄνδρα ἀμφίβολον.

Ὕαιναι.

Τὰς ὑαίνας φασὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλάττειν τὴν φύσιν, καὶ ποτὲ μὲν ἄρρενας γίνεσθαι, ποτὲ δὲ θηλείας. καὶ δή ποτε ἄρσην ὕαινα θηλείᾳ παρὰ φύσιν διετέθη. ἡ δὲ ὑποτυχοῦσα ἔφη, ἀλλ' ὦ οὗτος μὴ τοῦτο πράττε, ὡς ἐγγὺς τὰ αὐτὰ πεισόμενος.

Ἐπι-

ADFABVLATIO.

Notat fabula ingratos & qui amicos fallere cupiunt.

Hyæna & Vulpes. 286

HYæna, aiunt annuatim mutata natura nunc mares nunc femellas esse. Aliquando igitur Hyæna Vulpem conspiciens obiurgabat, quod amicitiam eius ambientem se non reciperet. Illa respondit, ne tu me obiurges, naturam verò tuam? propter quam ignoro vtrũ te vt amica, vel amico sim vsurus.

ADFABVLATIO.

In hominem versipellem & ambiguum.

Hyænæ. 287

HYænas aiunt annuatim naturam mutare, & modo masculos modo femellas fieri: aliquando igitur Hyæna masculus præter naturam erga femellam adfectus erat; cui illa subiiciens ait, sed heus tu, illa minime facias, vt pote eadẽ mox passurus.

 Ad-

ADFABVLATIO.

Contra Magistratus qui legibus præscriptis subditos regunt; mox casu ab iisdem legibus præscriptis reguntur.

Ἐπιμύθιον.

Πρὸς ἄρχοντας λογοθετοῦντας τοὺς ὑπ᾽ αὐτοὺς, καὶ πάλιν ἐκ τοῦ συμβεβηκότος τούτους ὑπ᾽ ἐκείνων λογοθετουμένους.

Caluus eques. 288

CAluus aliquis alienos capiti circũdans crines equitabat. Ventus spirans deturbauit. Hinc risus circumstantibus maximus. Ille cursu relicto, Quid nouum est ait, crines non meos fugere me, cum & eum qui habuit, & cum quo nati sunt, deseruerint.

ADFABVLATIO.

Nemo aduenientibus calamitatibus doleat. Quod enim in ipso ortu non habuit à natura hoc neque manet, Nudi enim aduenimus, nudi igitur abibimus.

Φαλακρὸς ἱππεύς.

ΦΑλακρός τις ξένας τρίχας τῇ ἑαυτοῦ κορυφῇ περιθεὶς, ἵππευεν. ἄνεμος δὲ φυσήσας, ἀφεῖλε ταύτας. γέλως πλατὺς δὲ τοὺς παρεστῶτας εἶχε. κἀκεῖνος εἶπε τοῦ δρόμου παύσας. τὰς οὐκ ἐμὰς τρίχας, τί ξένον φεύγειν με, αἳ καὶ τὸν ἔχοντα ταύτας, μεθ᾽ οὗ καὶ ἐγεννήθησαν κατέλιπον.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι μηδεὶς λυπείσθω συμφορᾶς ἐπελθούσης αὐτῷ. ὃ γὰρ γεννηθεὶς οὐκ ἔσχεν ἐκ φύσεως, τοῦτο οὐδὲ παραμένει· γυμνοὶ γὰρ ἤλθομεν οἱ πάντες. γυμνοὶ οὖν ἀπελευσόμεθα.

Faber ferrarius. 289

FAber ferrarius canem habuit; operante autẽ illo canis dormitabat; rursus cibum sumente excita-

Χαλκεὺς καὶ Κύων.

ΗΝ τις χαλκεὺς κυνίδιον κεκτημένος. ὁ δὲ χαλκεύων ὁ κύων ἐκοιμᾶτο. πάλιν δ᾽ ἐσθίων, ἐγρηγόρει. ὁ χαλ-

χαλκεὺς ὀστοῦν ῥίψας αὐτῷ εἶπεν. ταλαίπωρον ὑπνῶδη, ὅταν τὸν ἄκμονα κρούω, ὑπνοῖς. ὅτε δὲ τοὺς ὀδόντας κινήσω, εὐθὺς ἐγείρεις.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος ἐλέγχει τοὺς ὑπνώδεις καὶ ἀργοὺς τοὺς ἐξ ἀλλοτρίων πόνων τρέφεσθαι ἐφιεμένους.

Χελιδὼν καὶ Ὄρνιθες.

Χελιδὼν ἐκκλησίαν τῶν ὀρνέων συναθροίσασα, παρῄνει φάσκουσα κράτιστον εἶναι τὸ μὴ προσκόπτειν ἀνθρώποις, ἀλλὰ φιλίαν συνθεμένους, οἰκείως διακεῖσθαι πρὸς αὐτούς. τῶν δὲ ὀρνέων τις τὰ ἐναντία τὴν χελιδόνα λέγειν. ἀλλ᾽ ἢ τὸ σπέρμα τοῦ λίνου μᾶλλον κατεσθίοντες ἀναλίσκωμεν καὶ ἀφανῆ ποιῶμεν, ἵνα μηκέτι ἔχωσι πλέκειν δίκτυα καθ᾽ ἡμῶν. ἡ μὲν οὖν χελιδὼν ἀρίστην γνώμην ἔχουσα ἀκίνδυνος ἐγένετο ἐν ταῖς πόλεσι διατρίβουσα, ἐν ταῖς οἰκίαις τίκτουσα παρὰ ἀνθρώποις, οὐδὲν ὑπ᾽ αὐτῶν πάσχει κακόν. τὰ δὲ λοιπὰ ὄρνεα, ὡς μᾶλλον ὑπομείναντα κατεσθίειν τὸ σπέρμα

εἰς

citabatur, cui ferrarius faber os obiiciens, ô misselle, ait, somniculose, dum incudem quatio dormis, dum dentes moueo, excitaris.

ADFABVLATIO.

Fabula somniculosos & desides arguit, qui alienis laboribus nutriri cupiunt.

Hirundo & Aues. 290

Hirundo auium cõuocata concione monuit optimum esse vt homines non offenderent, sed pacta amicitia, beneuole erga eos afficerentur. Hirundini contradixit auium quædam, quin potius lini semen disperdamus deuorantes, consumamusq; ? ne in posterum sit, vnde retia nectant nobis. Hirundo vero omniũ sentiens optime, sine periculo mansit, in vrbibus commorata in ædibus pariens apud homines; nulloq; ab iis damno afficitur. Cæteris verò, semen dum cõmedere sustinent, quasi linum esse malorum causa, pinguescere

con-

contigit; indeque meliori de caussa ab hominibus capi & deuorari. sic hanc sustinentes imprudentiam penituit non cum hominibus mansisse, sed in aere volasse.

ADFABVLATIO.

Sic qui in rebus, quæ ad vitam spectant, industria vsi sunt consilio sine periculo conseruati sunt.

Hirundo & Draco. 291

PEregrina Hirundo cum hominibus habitatura, in Prætorio ad murum nidum composuit, inibique fit septenæ prolis parens. At Draco de foramine trahens eius pullos deuorauit. Cum Hirundo Lamentans exclamauit, Heu me peregrinam? quoniam vbi omnes ius obtinent suum, soli mihi illata est iniuria.

Testudo & Lepus. 292

TEstudo & lepus de celeritate certabant. con-

ὡς πάντως ὄντος τοῦ λίνου κακῶν αἰτίου, συμβαίνει λιπόντας φυγέσθαι καὶ μάλα δικαίως ὑπὸ ἀνθρώπων συλλαμβανόμενα, δαπανᾶσθαι. οὕτως τε ταύτην τὴν κακογνωμοσύνην ὑπομείναντα, μετενόησεν μὴ μετ' ἀνθρώπων μένειν, ἀλλ' ἐν ἀέρι πέτεσθαι.

Ἐπιμύθιον.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι τῷ τῆς ἀγχινοίας βουλεύματι ἐχρήσαντο, ἀκίνδυνοι διεφυλάχθησαν.

Χελιδὼν καὶ Δράκων.

ΞΕνη χελιδὼν ἡ τοῖς ἀνθρώποις συνοικοῦσα, ἐν δικαστηρίῳ τὴν ἑαυτῆς ἔπηξε καλιὰν ἐν τοίχῳ. κἀκεῖ γίνεται τῶν ἑπτὰ νεοττῶν μητήρ. Ὄφις δὲ ἐκ τρώγλης συρεὶς τοὺς ἑαυτῆς κατέφαγε νεοττούς. ἡ δὲ χελιδὼν θρηνοῦσα ἐπεκράγει, οἴμοι τῇ ξένῃ, ὅτι ἔνθα πάντες δικαιοῦνται, μόνη ἔγωγε ἠδίκημαι ἀδίκως.

Χελώνη καὶ Λαγωός.

ΧΕλώνη καὶ λαγωὸς περὶ ὀξύτητος ἤριζον. καὶ δὴ προ-

προθεσμίαν στήσαντες καὶ τόπον, ἀπηλλάγησαν. ὁ μὲν οὖν λαγωὸς, καὶ διὰ τὴν φυσικὴν ὀξύτητα ἀμελήσας τοῦ δρόμου, πεσὼν παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκοιμᾶτο. ἡ δὲ χελώνη συνειδῆα ἑαυτὴν βραδυτάτην, οὐ διέλειπεν τρέχουσα. καὶ οὕτως κοιμώμενον τὸν λαγωὸν παραδραμοῦσα, εἰς τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἀφίκετο.

Ἐπιμύθιον.

Ὅτι πολλάκις φύσιν ἀμελοῦσαν πόνος ἐνίκησεν.

Nam vbi tricandum & vbi currendum eſt, ſcio.
Hac derideri fabula merito poteſt,
Qui ſine virtute vanas exercet minas.

Lupus ad canem. 46

Quam dulcis ſit libertas breuiter proloquar.

CAni perpaſto, macie confectus Lupus
Forte occurrit, dein inuicem ſalutantes
Vt reſtiterunt: vnde ſic quæſo nites,
Aut quo cibo feciſti tantum corporis?
Ego qui ſum longe fortior, pereo fame.
Canis ſimpliciter: Eadem eſt conditio tibi,
Præſtare domino ſi par officium potes.
Quod? inquit ille: Cuſtos vt ſis liminis,
A furibus tuearis & noctu domum.
Ego vero ſum paratus, nunc patior niues
Imbreſque in ſyluis aſperam vitam trahens.
Quanto eſt facilius mihi ſub tecto viuere,
Et otioſum largo ſatiari cibo?
Veni ergo mecum. Dum procedunt aſpicit
Lupus à catena collum detritum Canis.
Vnde hoc, amice? nihil eſt: dic quæſo tamen.
Quia videor acer, alligant me interdiu,
Luce vt quieſcam, & vigilem nox cum venerit,
Crepuſculo ſolutus, qua viſum eſt vagor,
Adfertur vltro panis, de menſa ſua
Dat * oſſa dominus, fruſta iactat familia [* v. c.datu oſſa

Et quod

Et quod fastidit quisque pulmentarium.
Sic sine labore venter impletur meus.
Age, si quo est abire animus, est licentia?
Non plane est, inquit. Fruere quæ laudas Canis.
Regnare nolo, liber vt non sim mihi.

Soror ad fratrem. 47

Præcepto monitus sæpe te considera,

HAbebat quidam filiam turpissimam
Idemque insigni & pulchra facie filium.
His speculum in cathedra matris suppositum fuit.
Pueriliter ludentes, forte inspexerant.
Hic se formosum iactat; illa irascitur
Nec gloriantis sustinet fratris iocos,
Accipiens (quid enim?) cuncta in contumeliam.
Ergo ad patrem decurrit læsura inuicem,
Magnaque inuidia criminatur filium,
Vir natus, quod rem feminarum tetigerit,
Amplexus ille vtrumque, & carpens oscula,
Dulcemque in ambos caritatem partiens:
Cotidie, inquit, speculo vos vti volo,
Tu formam ne corrumpas nequitiæ malis:
Tu faciem vt istam moribus vincas bonis.

Socrates ad amicos. 48

Vulgare amici nomen, sed rara est fides,

CVm paruas ædes sibi fundasset Socrates,
(Cuius non fugio mortem, si famam adsequar,
Et cedo inuidiæ, dum modo absoluar cinis)
E populo sic nescio quis, vt fieri solet:
Quæso tam angustam talis vir ponis domum?
Vtinam, inquit, veris hanc amicis impleam.

Poeta, de credere & non credere. 49

Periculosum est credere & non credere.
Vtriusque exemplum breuiter exponam rei.
Hippolitus obiit, quia nouercæ creditum est.
Cassandræ quia non creditum, ruit Ilium.
Ergo exploranda est veritas multum prius
Quam stulta praue iudicet sententia.
Sed fabulosa ne vetustate eleuem,
Narrabo tibi memoria quod factum est mea.

MAritus quidam cum diligeret coniugem,
Togamque puram iam pararet filio,
Seductus in secretum à liberto suo
Sperante heredem se* fecisse proximum, [* *v. c. sufficisse proximum*
Qui dum de puero multa mentitus foret
Et plura de flagitiis castæ mulieris,
Adiecit, id quod sentiebat maxime
Doliturum amanti, ventitare adulterum,
Stuproque turpi pollui famam domus,
Incensus ille falso vxoris crimine
Simulauit iter ad villam, clamque in oppido
Subsedit: deinde noctu subito ianuam
Intrauit, recta cubiculum vxoris petens
In quo dormire mater natum iusserat,
Ætatem adultam seruans diligentius.
Dum quærunt lumen, dum concursant familia,
Iræ furentis impetum non sustinens
Ad lectum accedit, tentat in tenebris caput.
Vt sentit tonsum, gladio pectus transfigit,
Nihil respiciens dum dolorem vindicet.
Lucerna adlata, simul adspexit filium
Sanctamque vxorem dormientem cubiculo,
Sopita primo quæ nil somno senserat;
Repræsentauit in se pœnam facinoris,
Et ferro incubuit quod credulitas strinxerat,
Accusatores postularunt mulierem,

Romamque pertraxerunt ad Centumuiros.
Maligna insontem deprimit suspicio
Quod bona possideat: stant patroni fortiter
Causam tuentes innocentis feminæ.
A Diuo Augusto tunc petiere iudices
Vt adiuuaret iurisiurandi fidem
Quod ipsos error implicuisset criminis:
Qui postquam tenebras dispulit calumniæ,
Certumque fontem veritatis reperit:
Luat, inquit, pœnas causa libertus mali.
Namque orbam nato simul & priuatam viro.
Miserandam potius quam damnandam existimo,
Quod si damnanda perscrutatus crimina
Pater familias esset, si mendacium
Subtiliter limasset à radicibus,
Non euertisset scelere funesto domum.
Nil spernat auris nec tamen credat statim.
Quandoquidem & illi peccant quos minime putes:
Et qui non peccant impugnantur fraudibus.
Hoc ammonere simplices etiam potest,
Opiniones alterius ne quis ponderet,
Ambitio namque dissidens mortalium,
Aut gratiæ subscribit, aut odio suo.
Erit ille notus quem per te cognoueris.
Hæc exsecutus sum propterea pluribus,
Breuitate nimia quoniam quosdam offendimus.

Eunuchus ad improbum. 50

EVnuchus litigabat cum quodam improbo,
Cui super obscœna dicta & petulans iurgium,
Damnum insectatus est amissi corporis:
En, ait, hoc vnum est cur laborem validius.
Integritatis testes quia desunt mihi:
Sed quid fortunæ stultæ delictum arguis.
Id demum est homini turpe quod meruit pati.

Pullus ad margaritam. 51



In sterquilinio pullus gallinacius
Dum quærit escam, margaritam reperit:
Iaces indigno quanta res, inquit, loco!
Hoc si quis pretii cupidus vidisset tui,
Olim redisset ad splendorem maximum:
Ego qui te inueni, potior cui multo est cibus,
Nec tibi prodesse, nec mihi quicquam potes.
Hoc illis narra qui me non intelligunt.

Apes & Fuci Vespa iudice. 52

APes in alta quercu fecerant fauos;
Hos fuci inertes esse dicebant suos.
Lis ad forum deducta est, Vespa iudice,
Quæ genus vtrumque nosset cum pulcherrime,
Legem duabus hanc proposuit partibus:
Non inconueniens corpus, & par est color,
In dubium plane res vt merito venerit:
Sed ne religio peccet imprudens mea,

Alucos

Alueos* accipite & ceris opus infundite, [* V.c. Aluos accipite
Vt ex sapore mellis & forma faui
De quis nunc agitur, auctor horum appareat
Fuci recusant, apibus conditio placet.
Tunc illa talem sustulit sententiam:
Apertum est quis non possit, aut quis fecerit,
Quapropter Apibus fructum restituo suum.
Hanc praterissem fabulam silentio,
Si pactam fuci non recusassent fidem.

De lusu & seueritate. 53

PVerorum in turba quidam ludentem Atticus
Æsopum nucibus cum vidisset, restitit,
Et quasi delirum risit: quod sensit simul
Derisor potius quam deridendus senex,
Arcum retensum posuit in media via:
Heus, inquit, sapiens, expedi quid fecerim.
Concurrit populus; ille se torquet diu
Nec quæstionis positæ causam intellegit.
Nouissime succumbit: tum victor Sophus
Cito rumpes arcum semper si tensum habueris,
At si laxaris, cum voles, erit vtilis.
Sic lusus animo debent aliquando dari,
Ad cogitandum melior vt redeat tibi.

Canis ad Agnum. 54

INter capellas Agno balanti canis.
Stulte, inquit, erras non est hæc mater tua:
Ouesque segregatas ostendit procul.
Non illam quæro quæ cum libitum est, concipit,
Dein portat onus ignotum certis mensibus
Nouissime prolapsam effundit sarcinam:
Ver m illam quæ me nutrit admoto vbere,
Fraudatque natos lacte, ne desit mihi.

Tamen illa est potior quæ te peperit. Non ita est.
Vnde illa sciuit niger, an albus nascerer?
Age porro scisset: cum crearer masculus,
Beneficium magnum sane natali dedit
Vt expectarem lanium in horas singulas.
Cuius potestas nulla in gignendo fuit,
Cur hac sit potior, quæ iacentis miserta est,
Dulcemque sponte præstat beuolentiam?
Facit parentes bonitas, non necessitas.
His demonstrare voluit auctor versibus
*Obsistere homines legibus**, *meritis capi.* [*v.c. legimus capi

Cicada & Noctua. 55

Humanitati qui se non accommodat,
Plerumque pœnas oppetit superbia.
Cicada acerbum noctuæ conuicium
Faciebat, solitæ victum in tenebris quærere,
Cauoque ramo capere somnum interdiu.
Rogata est vt taceret, multo validius
Clamare cœpit, rursus admota prece
Accensa magis est. Noctua vt vidit sibi
Nullum esse auxilium, & verba contemni sua,
Hac est adgressa garrulum fallacia.
Dormire quia me non sinunt cantus tui,
Sonare cithara quos putes Apollinis,
Potare est animus nectar quod Pallas mihi
Nuper donauit; si non fastidis, veni;
Vna bibamus, illa, quæ ardebat siti,
Simul cognouit vocem laudari suam,
Cupide aduolauit, noctua egressa cauo
Trepidantem consectata est, & leto dedit.
Sic viua quod negarat, tribuit mortua.

Arbores in Deorum tutela. 56

Olim

OLim quas vellent esse in tutela sua
Diui legerunt arbores; quercus Ioui,
Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea,
Pinus Cybele, populus celsa Herculi.
Minerua ammirans, quare steriles sumerent,
Interrogauit: causam dixit Iuppiter;
Honorem fructu ne videamur vendere,
At me hercule narrabit quod quis voluerit,
Oliua nobis propter fructus est gratior.
Tunc sic Deorum genitor atque hominum sator:
O nata, merito sapiens dicere omnibus:
Nisi vtile est quod facimus, stulta est gloria.
Nihil agere quod non prosit, fabella monet.

Pauo ad Iunonem de voce sua. 57



PAuo ad Iunonem venit, indigne ferens
Cantus luscinI quod sibi non tribuerit:
Illum esse cunctis auibus * admirabilem, [*vu. auribus ammirabilẽ
Se derideri simul ac vocem miserit.
Tunc consolandi gratia, dixit Dea:
Sed forma vincis, vincis magnitudine,

Nitor

Nitor ſmaragdi collo præfulget tuo,
Pictiſque plumis gemmeam caudam explicas.
Quo mi, inquit, mutam ſpeciem, ſi vincor ſono?
Fatorum arbitrio partes ſunt vobis datæ:
Tibi forma, vires aquilæ, luſcinio melos,
Augurium coruo, læua cornici omina,
Omnes quæ propriis ſunt contentæ vocibus.
Noli adfectare quod tibi non eſt datum,
Deluſa ne ſpes ad querelam recidat.

Æſopus rp. garrulo. 58


ÆSopus domino ſolus cum eſſet familia,
Parare cœnam iuſſus eſt maturius.
Ignem ergo quærens, aliquot luſtrauit domus,
Tandemque inuenit vbi lucernam accenderet.
Tum circumeunti fuerat quod iter longius,
Effecit breuius; namque recta per forum
Cœpit redire, & quidam è turba garrulus,
Æſope, medio ſole quid tu cum lumine?
Hominem, inquit, quæro; & abit feſtinans domum.
Hoc ſi moleſtus ille ad animum retulit,
Senſit profecto ſe hominem non viſum ſeni,
Intempeſtiue qui occupato adluſerit.

Aſinus & Galli. 59

Qui natus eſt infelix, non vitam modo
Triſtem decurrit, verum poſt obitum quoque
Perſequitur illum dura fati miſeria.
GAlli Cybeles circum queſtus ducere
Aſinum ſolebant baiulantem ſarcinas.
Is cum labore & plagis eſſet mortuus,
Detracta pelle ſibi fecerunt tympana,
Rogati mox à quodam delicio ſuo,
Quidnam feciſſent, hoc locuti ſunt modo:

Putabat

Putabat se post mortem securum fore,
Ecce aliæ plagæ congeruntur mortuo.



INCIPIT LIBER IV.

POETA.

IOculare tibi videtur & sane leue;
*Dum nihil habemus * maius, calamo ludimus.* [* v. c. dum nihil habemus manus c. &c.
Sed diligenter intuere has nanias,
Quantam sub illis vtilitatem reperies?* [* v. c. subtilis vtil.
*Non semper ea sunt quæ videntur; decipit** [v. c. despici
Frons prima multos: rara mens intelligit
Quod interiore condidit cura angulo.
Hoc ne locutus sine mercede existimer,
Fabellam adiiciam DE MVSTELA ET MVRIBVS. LX.

MVstela cum annis & senectæ debilis,
Mures veloces non valeret adsequi,
Inuoluit se farina, & obscuro loco
Abiecit neglegenter. Mus escam putans
Adsiluit, & compressus occubuit neci:
Alter similiter deinde perit, & tertius.
Aliquot venit sæculis rete territus
Qui sæpe laqueos & muscipula effugerat,
Proculque insidias cernens hostis callidi:
Sic valeas, inquit, vt farina es quæ iaces.

De Vulpe & Vua. 61

FAme coacta Vulpis alta in vinea
Vuam adpetebat summis saliens viribus,
Quam tangere vt non potuit, discedens ait:
Nondum matura est, nolo acerbam sumere.

Qui

Qui facere quæ non possunt, verbis eleuant,
Adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

Equus & Aper. 62

EQuus sedare solitus quo fuerat sitim,
Dum sese aper volutat, turbauit vadum.
Hinc orta lis est, sonipes iratus fero,
Auxilium petiit hominis quem dorso leuans
Rediit ad hostem: iactis hunc telis eques
Postquam interfecit, sic locutus traditur:
Lętor tulisse auxilium me precibus tuis.
Nam prædam cæp i, & didici quam sis vtilis.
Atque ita coegit frenos inuitum pati.
Tum mœstus ille: Paruæ vindictam rei
Dum quæro demens, seruitutem repperi.
Hæc iracundos admonebit fabula,
Impune potius lædi, quam dedi alteri.

Poeta. 63

Plus esse in vno sæpe, quam in turba boni,
Narratione posteris tradam breui.
QVidam decedens tres reliquit filias,
Vnam formosam & oculis venantem viros,
At alteram lanificam & frugi rusticam;
Deuotam vino tertiam, & turpissimam.
Harum autem matrem fecit heredem senex
Sub conditione totam vt fortunam tribus
Æqualiter distribuat, sed tali modo,
Ne data possideant aut fruantur, tum simul
Habere res desierint quas acceperint,
Centena matri conferant sestertia.
Athenas rumor implet, mater sedula
Iurisperitos consulit, nemo expedit
Quo pacto * non possideant quod fuerit datum;
[* *v.c. Quo pacto si non p.*
Fructum

Fructumue capiant, deinde, quæ tulerint nihil.
Quanam ratione conferant pecuniam.
Postquam consumpta est temporis longi mora,
Nec testamenti potuit sensus colligi,
Fidem aduocauit, iure neglecto, parens:
Seponit mœchæ vestem, mundum muliebrem,
Lauationem argenteam, eunuchos glabros:
Lanificæ agellos, pecora, villam, operarios,
Boues, iumenta, & instrumentum rusticum,
Potrici, plenam antiquis apothecam cadis,
Domum politam, & delicatos hortulos.
Sic destinata dare cum vellet singulis,
Et adprobaret populus qui illas nouerat,
Æsopus media subito in turba constitit:
O si maneret conditio sensus patri,
Quam grauiter ferret, quod voluntatem suam
Interpretari non potuissent Attici!
Rogatus deinde, soluit errorem omnium.
Domum & ornamenta, cum venustis hortulis,
Et vina vetera date lanificæ rusticæ:
Vestem, vniones, pedisequos & cætera
Illi adsignate vitam quæ luxu trahit:
Agros vtiles & pecora, cum pastoribus
Donate mœchæ: Nulla poterit perpeti
Vt moribus quid teneat alienum suis.
Deformis cultum vendet, vt vinum paret;
Agros abiiciet mœcha, vt ornatum paret:
At illa gaudens pecore, & lanæ dedita,
Quacunque summa tradet luxuriæ domum:
Sic nulla possidebit quod fuerit datum,
Et *dictam matri conferent pecuniam [*v.c.Edictam.
Ex pretio rerum quas vendiderint singulæ.
Ita quod multorum fugit imprudentiam,
Vnius hominis repperit solertia.

Pugna murium & mustelarum. 64

Cum victi

CVm victi mures mustelarum exercitu
(Historia quorum in tabernis pingitur)
Fugerent, & artos circum trepidarent cauos.
Ægre recepti, tamen euaserunt necem.
Duces eorum, qui capitibus cornua
Suis ligarant, vt conspicuum in prælio
Haberent signum quod sequerentur milites,
Hæsere in portis, suntque capti ab hostibus,
Quos immolatos victor auidis dentibus
Capacis alui mersit tartareo specu.
Quemcunque populum tristis euentus premit,
Periclitatur magnitudo principum,
Minuta plebes facili præsidio latet.

PHÆDRVS.

TV qui nasute scripta distringis mea,
Et hoc iocorum legere fastidis genus,
Paruum libellum sustine patientia,
Seueritatem frontis dum placo tua,
Et in coturnis prodit AEsopus nouis.
Vtinam ne vnquam Pelei nemoris iugo
Pinus bipenni concidisset Thessala,
Nec ad Professæ mortis audacem viam
Fabricasset Argus opere Palladio ratem
Inhospitalis prima quæ Ponti sinus
Patefecit, in perniciem Graium & Barbarum.
Namq; & superbi luget AEetæ domus,* [* v.c. Ætate domus
Et regna Peliæ scelere Medeæ iacent,
Quæ sæuum ingenium variis inuolues modis
Illic per artus fratris explicuit fugam.
Hic cæde patris Peliadum infecit manus,
Quid tibi videtur? hoc quoque insulsum est, ais,
Falsoque dictum; longe quia vetustior
Aegea Minos classe perdomuit freta,
Iustoque vindicauit exemplo imperium.

Quid

*Quid ergo possũ facere tibi, lector *Cato,* [*v.c.lecte reato
Si nec fabellæ te iuuant, nec fabulæ?
Noli molestus esse omnino literis,
Maiorum exhibeant ne tibi molestiam.
Hoc illis dictum est, qui stultitiam nauseant.
Et vt putentur sapere, cælum vituperant.

Serpens ad Fabrum ferrarium. 65

Mordaciorem qui improbo dente adpetit,
Hoc argumento se describi sentiat.

IN officinam Fabri venit Vipera;
Hæc cùm tentaret si qua res esset cibi,
Limam momordit: illa contra contumax:
Quid me inquit, stulta dente captas lædere,
Omne adsueui ferrum quæ conrodere?

Vulpis & Caper. 66



Homo simul ac venit in magnum periculum,
Effugium reperire alterius quærit malo.

CVm decidiſſet Vulpis in puteum inſcia,
Et altiore clauderetur margine,
Deuenit Hircus ſitiens in eundem locum:
Simul rogauit, eſſet an dulcis liquor
Et copioſus: illa fraudem moliens:
Deſcende, amice, tanta bonitas eſt aquæ,
Voluptas vt ſatiari non poſſit mea.
Immiſit ſe barbatus. tum vulpicula
Euaſit puteo, nixa celſis cornibus,
Hircumque clauſo liquit hærentem vado.

De vitiis hominum. 68

PEras impoſuit Iuppiter nobis duas,
Propriis repletam vitiis poſt tergum dedit,
Alienis ante pectus ſuſpendit grauem.
Hac re videre noſtra mala non poſſumus:
Alii ſimul delinquunt, cenſores ſumus.

Fur & Lucerna. 69

LVcernam fur accendit ex ara Iouis,
Ipſumque compilauit ad lumen ſuum,
Onuſtus qui ſacrilegio cum diſcederet,
Repente vocem ſancta miſit religio:
Malorum quamuis iſta fuerint munera;
Mihique inuiſa, vt non offendar ſubripi;
Tamen, ſceleſte, ſpiritu culpam lues
Olim cum adſcriptus venerit pœnæ dies.
Sed ne ignis noſter facinori præluceat
Per quem verendos excolit pietas Deos,
Veto eſſe tale luminis commercium.
Itaque hodie nec lucernam de flamma Deum,
Nec de lucerna fas eſt accendi ſacrum.
Quot res contineat hoc argumentum vtiles,
Non explicabit alius quam qui repperit.

Significat

Significat primo, sæpe quos ipse alueris,
Tibi inueniri maxime contrarios.
Secundum ostendit, scelera non ira Deum,
Fatorum dicto sed puniri tempore.
Nouissime interdicit ne cum malefico
Vsum bonus consociet vllius rei.

Malas esse diuitias. 70

Opes inuisa mero sunt forti viro,
Quia diues arca veram laudem intercipit.

CÆlo receptus propter virtutem Hercules,
Cum gratulantes persalutasset Deos.
Venienti * Pluto qui Fortunæ est filius, [*v c. Venienti Plutone
Auertit oculos: causamque quæsiuit pater.
Odi, inquit illum, quia malis amicus est,
Simulque obiecto cuncta corrumpit lucro.

De Leone regnante. 71

Vtilius homini nihil est quam recte loqui?
Probanda cunctis est quidem sententia:
Sed ad perniciem solet agi sinceritas.

CVm se ferarum regem fecisset Leo,
Et æquitatis vellet famam consequi,
A pristina deflexit consuetudine,
Atque inter illas tenui contentus cibo,
Sancta incorrupta iura reddebat fide:



LXXII.



Poſtquam lauare cœpit penitentia,
A fictione veretri linguam mulieris.
Adfinitatem traxit inde obſcenitas.

Idem. 73

Rogauit alter, tribadas & molles mares
Quæ ratio procreaſſet: expoſuit ſenex.

IDem Prometheus auctor vulgi fictilis,
Qui ſimul offendit ad fortunam, frangitur,
Naturę partes veſte quas celat pudor.
Cum ſeparatim toto finxiſſet die,
Aptare mox vt poſſet corporibus ſuis:
Ad cœnam eſt inuitatus ſubito à *Libero [*v.c. ſubito à liberto
Vbi inrigatus multo venas nectare,
Sero domum eſt reuerſus titubanti pede.
Tum ſemiſomno corde, & errore ebrio,
Adplicuit * virginale generi maſculo. [*v.c. Virginali
Et maſculina membra applicuit feminis.
Ita nunc libido prauo fruitur gaudio.

De capreis barbatis. 74

BArbam capellæ cum impetraſſent ab Ioue,
Hirci mœrentes indignari cœperant

Quod dignitatem feminæ æquassent suam.
Sinite, inquit, illas gloria vana frui,
Et vsurpare vestri ornatum muneris,
Pares dum non sint vestræ fortitudinis.
Hoc argumentum monet vt sustineas tibi
Habitu esse similes, qui sint virtute impares.

De fortunis hominum. 75

Cum de fortunis quidam quereretur suis.
Aesopus finxit consolandi gratia.

VExata sænis nauis tempestatibus
Inter vectorum lacrimas & mortis metum,
Faciem ad serenam subito mutatur dies,
Ferri secundis tuta cœpit flatibus,
Nimiaque nautas hilaritate extollere;
Factus periculo tum gubernator sophus;
Parce gaudere oportet & sensim queri.
Totam * quia vitam miscet dolor & gaudium. [* *v. c.*
Totamque vitam.

Canum legati ad Iouem. 76

CAnes, legatos olim misere ad Iouem,
Melioris vitæ tempus oratum suæ,
Vti sese abriperet hominum contumeliis,
Furfuribus sibi conspersum quod panem darent,
Fimoque turpi maximam explerent famem,
Profecti sunt legati non celeri pede
Dum naribus scrutantur escam in stercore.
Citati non respondent, vix tandem inuenit
Eos Mercurius, & turbatos adtrahit.
Tum vero vultum magni vt viderunt Iouis,
Totam timentes concacarunt regiam:
Propulsi vero fustibus, vadunt foras:
Vetat dimitti magnus illos Iupiter.

Mirati sibi legatos non reuerti,
Turpe æstimantes aliquid commissum à suis,
Post aliquod tempus alios adscribi iubent.
Rumor legatos superiores prodidit.
Timentibus rursus aliquid ne simile accidat,
Odore canibus anum, sed multo, replent,
Mandant * dimittuntur, statim.
Adeunt: rogantes, aditum continuo impetrant,
Consedit genitor tum Deorum maximus,
Quassatque fulmen: tremere cœpere omnia:
Canes, confusus subito quod fuerat fragor,
Repente odorem mixtum cum merdis cacant,
Reclamant omnes vindicandam iniuriam.
Sic est locutus ante pœnam Iuppiter:
Non est legatos regis non dimittere,
Nec est difficile pœnas culpæ imponere;
Sed hoc feretis pro iudicio præmium:
Non veto dimitti, verum cruciari fame,
Ne ventrem continere non possint suum:
Illi autem qui miserunt vos tam futiles,
Nunquam carebunt hominis contumelia,
Ita nunc legatos * expectantes posteros,
Nouum venire cum videt, culum olfacit,

Serpens misericordia nociua. 77

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.

GElu rigentem quidem Colubram sustulit
Sinuque fouit contra se ipse misericors.
Namque vt refecta est, necuit * hominem protinus.
[* *v. c. nocuit hom.*
Hanc alia cum rogaret causam facinoris,
Respondit: *Ne quis discat prodesse improbis:*

Vulpis & Draco. 78

Vulpis

VVlpis cubile fodiens, dum terram eruit
Agitque plures altius cuniculos.
Peruenit ad Draconis ſpeluncam vltimam,
Cuſtodiebat qui theſauros abditos.
Hunc ſimul aſpexit; Oro vt imprudentiæ
Des primum veniam, deinde, ſi pulcre vides
Quam non conueniens aurum ſit vitæ meæ,
Reſpondeas clementer, quem fructum capis
Hoc ex labore, quodue tantum eſt præmium,
Vt careas ſomno & æuum in tenebris exigas?
Nullum, inquit ille: verum hoc à ſummo mihi
Ioue adtributum eſt. Ergo nec ſumis tibi,
Nec vlli donas quicquam? Sic fatis placet.
Nolo iraſcaris, libere ſi dixero:
DIs eſt iratis natus quis eſt ſimilis tibi.

In Auarum.

ABiturus illuc quo priores abierunt,
Quid mente cæca miſerum torques ſpiritum
Tibi dico, auare gaudium heredis tui,
Qui ture ſuperos, ipſum te fraudas cibo,
Qui triſtis audis muſicum cytharæ ſonum,
Quem tibiarum macerat iocunditas.
Obſoniorum pretia cui gemitum exprimunt,
Qui dum quadrantes aggeras patrimonio,
Cœlum fatigas ſordido periurio.
Qui circumcidis omnem impenſam funeris,
Libitina ne quid de tuo faciat lucrum.

Phædrus.

QVid indicare cogitur liuor modo,
Licet diſſimulet, pulcre tamen intellego.
Quicquid putabit eſſe dignum memoriæ,
AEſopi dicet: ſi quid minus adriſerit,

A me contendet fictum quouis pignore.
Quem volo refelli iam nunc responso meo?
Siue hoc ineptum, siue laudandum est opus,
Inuenit ille, nostra perfecit manus.
Sed exsequamur cœptum propositi ordinem.

De Simonide. 79

Homo doctus in se semper diuitias habet.

SImonides, qui scripsit egregium melos,
Quo paupertatem sustineret facilius,
Circumire cœpit vrbes Asiæ nobiles,
Mercede accepta laudem victorum canens.
Hoc genere quæstus postquam locuples factus est,
Venire in patriam voluit cursu pelagi,
(Erat autem * natus, vt aiunt, in Caeo * insula) [* *v.c.* *Natiqua fuit v.* [*& *c. in Scithia insula.*
Ascendit nauem, quam tempestas horrida
Simul & vetustas medio dissoluit mari.
Hi zonas, illi res pretiosas colligunt
Subsidium vitæ: quidam curiosior,
Simonide, tu ex opibus nihil sumis tuis?
Mecum inquit, mea sunt cuncta. tunc pauci enatant,
Quia plures onere degrauati perierant.
Prædones adsunt, rapiunt quod quisque extulit.
Nudos relinquunt forte Clazomenæ prope,
Antiqua fuit vrbs quam petierunt naufragi.
Hic literarum quidam studio deditus,
Simonidis qui sæpe versus legerat,
Eratque absentis admirator maximus,
Sermone ab ipso cognitum cupidissime
Ad se recepit, veste, nummis, familia
Hominem exornauit: ceteri tabulam suam
Porrigunt rogantes victum: quos casu obuius
Simonides vt vidit: Dixi, inquit, mea
Mecum esse cuncta; vos quod rapuistis, periit.

Mons parturiens. 80



MOns parturibat, gemitus immanes ciens,
Eratque in terris maxima expectatio
Quid ille pareret, at ille murem peperit.
Hoc ſcriptum eſt tibi
Qui magna cum minaris, extricas nihil.

Formica & Muſca. 81

Nil agere quod non proſit, fabella indicat.

FOrmica & Muſca contendebant acriter,
Quæ pluris eſſet: Muſca ſic cœpit prior.
Conferre noſtris tu potes te laudibus?
Vbi immolatur, exta prægusto Deum,
Moror inter aras, templa perluſtro omnia,
In capite regis ſedeo, cum viſum eſt mihi,
Et matronarum caſta delibo oſcula:
Laboro nihil, atque optimis rebus fruor.
Quid horum ſimile tibi contingit ruſtica?
Eſt glorioſus ſane conuictus Deum,



Sed illi qui inuitatur non qui inuisus est.
Aras frequentas, nempe abigeris quo venis:
Reges commemoras & matronarum oscula:
Superba *iactas tegere quod debet pudor. [* *v. c. super etiam iactas t. q. debes.*
Nihil laboras: ideo cum opus est nil habes:
Ego granum in hiemem cum studiose congero,
Te circa murum video pasci stercore:
Æstate me lacessis; cum bruma est, siles:
Mori contractam cum te cogunt frigora,
Me copiosa recipit incolumem domus,
Satis profecto rettudi superbiam.
Fabella talis hominum discernit notas
Eorum qui se falsis ornant laudibus,
Et quorum virtus exhibet solidum decus.

Poeta.

QVantum valerent inter homines litteræ
Dixi superius: quantus nunc illis honos
A superis sit tributus, tradam memoriæ.
Simonides idem ille de quo retuli

Victoris

Victoris laudem cuidam pyctæ ut scriberet,
Certo conduxit pretio secretum petit:
Exigua cum frenaret materia impetum,
Vsus poetæ ut moris est licentia,
Atque interposuit gemina Ledæ sidera,
Auctoritatem similis referens gloriæ.
Opus adprobauit, sed mercedis tertiam
Accepit partem; cum reliquam posceret;
Illi inquit, reddent quorum sunt laudes duæ.
Verum ut ne irate te dimissum sentiam,
Ad cœnam mihi promitte; cognatos volo
Hodie inuitare, quorum es in numero mihi.
Fraudatus quamuis & dolens iniuria,
Ne male dimissam gratiam corrumperet,
Promisit. rediit hora dicta, recubuit.
Splendebat hilare poculis conuiuium,
Magno apparatu læta resonabat domus;
Repente cum duo iuuenes sparsi puluere,
Sudore multo defluentes corpora,
Humanam supra formam, cuidam seruulo
Mandant, vt ad se prouocet Simonidem;
Illius interesse ne faciat moram.
Homo perturbatus excitat Simonidem:
Vnum promorat vix pedem triclinio,
Ruina camaræ subito oppressit ceteros;
Nec vlli iuuenes sunt reperti ad ianuam.
Vt est vulgatus ordo narratæ rei,
Omnes scierunt, numinum præsentiam
Vati dedisse vitam, mercedis loco.

Idem Poeta.

SVpersunt mihi quæ scribam; sed parco sciens,
Primum esse tibi ne videar molestior.
Destringit quem multarum rerum varietas:
Dein si quis eadem forte conari velit,

Habere

Habere vt possit aliquid operis residui:
*Quamuis * materia tanta abundet copia,* [*v.c. Quamuis naturæ tanta
Labori faber vt desit, non fabro labor.
*Breuitatis nostræ * præmium vt reddas, peto* [*v. c. nimium vt reddas;
Quod es pollicitus; exhibe vocis fidem:
Nam vita morti propior est cotidie:
Et hoc minus veniet ad me muneris
Quo plus consumet temporis dilatio.
Et cito rem perages, vsus fiet longior:
Fruar diutius, si celerius cœpero.
Languentis aui dum sunt aliqua reliquiæ,
Auxilio locus est: olim senio debilem
Frustra adiuuare bonitas nitetur tua,
*Cum * iam desierit esse beneficium vtile,* [* v. c Cum iam desideret esse beneficio vtilius
Et mors vicina flagitabit debitum.
*Stultum admouere tibi * preces existima.* [*v.c præceps.
Procliuis vltro cum sit misericordia.
Sæpe impetrauit veniam confessus reus,
Quanto innocenti iustius debet dari?
*Tuæ prius * sunt partes, aliorum dein;* [*v. c. Tuæ sunt partes fuerunt aliorum dein; Simili gyro venient aliorum prius vices.
Simili gyro venient aliorum vices.
Decerne quod religio, quod patitur fides,
*Et * gratulari me fac iudicio tuo.* [*v.c. gratulari me facere iudic. f. patere.
Excedit animus quem proposuit terminum;
Sed difficulter continetur spiritus
Integritatis qui sinceræ conscius,
A noxiorum premitur insolentiis:
Qui sint requires, apparebunt tempore.
Ego quondam legi quam puer sententiam,
Palam muttire plebeio periculum est,
Dum sanitas constabit, pulcre memini,

INCIPIT

INCIPIT LIBER V.

Poeta ad Particulonem.

*CVm destinassem terminum operis * habere,*
In hoc, vt aliis esset materiæ satis,
*Consilium tacito corde damnaui,**
*Nam si quis talis etiam est tituli **
Quo pacto damnabit quidnam omiserim,
Vt illum cupiam famæ tradere:
Sua cuique cum sit animi cogitatio
Colorque prior. ergo non leuitas mihi
Sed certa ratio causam scribendi dedit.
*Quare Particulo *, quoniam caperis fabulis,* [* v.c. Particula q. c. fabulæ.
Quas Æsopias non Æsopi nomino,
*Quasi paucas * ostenderit, ego plures dissero,* [* v.c. Quasi paucas tale ostendit.
Vsus vetusto genere, sed rebus nouis.
Quartum libellum dum varie perleges,
Hunc obtrectare si volet malignitas,
Imitari dum non possit, obtrectet licet.
Mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui
Vestras in chartas verba transfertis mea,
Dignumque longa iudicatis memoria:
In litterarum plausum ire desidero.

Idem Poeta.

ÆSopi nomen sicubi interposuero
Cui redididi iampridem quicquid debui,
Auctoritatis esse scito gratia:
Vt quidam artifices nostro faciunt seculo

Qui pre-

Qui pretium operibus maius inueniunt, nouo
Si marmori adſcripſerunt Praxitelen, ſuo
Detrito, Myronem argento. Fabulæ exaudiant
Adeo fugatæ. plus vetuſtis nam fauet
Inuidia mordax, quam bonis præſentibus.
Sed iam ad fabellam talis exempli feror.

Demetrius rex & Menander Poeta. 81

DEmetrius qui dictus eſt Phalereus.
Athenas occupauit imperio improbo,
Vt mos eſt vulgi, paſſim & certatim ruit,
FELICITER, ſubclamant ipſi principes,
Illam oſculantur, qua ſunt oppreſſi manum,
Tacite gementes triſtem fortunæ vicem.
Quinetiam deſides & ſequentes otium
Ne defuiſſe noceat repetunt vltimi;
In quis Menander nobilis comediis
Quas, ipſum ignorans, legerat Demetrius
Et admiratus fuerat ingenium viri,
Vnguento delibutus, veſtitu adfluens,
Veniebat greſſu delicato & languido.
Hunc vbi Tyrannus vidit extremo agmine:
Quinam cinædus ille in conſpectu meo
Audet venire? reſponderunt proximi:
Hic eſt Menander ſcriptor, mutatus ſtatim

LXXXIII.

LXXXIII.

Et vindicauit ſeſe forti dextera.
Latrone occiſo timidus accurrit comes
Stringitque gladium dein reiecta penula:
Cedo, inquit, illum; iam curabo ſentiat
Quos adtemtarit. tunc qui depugnauerat:
Vellem iſtis verbis ſaltem adiuuiſſes modo,
Conſtantior fuiſſem vera exiſtimans:
Nunc conde ferrum & linguam pariter futilem,
Vt poſſis alios ignorantes fallere.
Ego qui ſum expertus quantis fugias viribus.
Scio quod virtuti non ſit credendum tuæ.
Illi adſignari debet hæc narratio
Qui re ſecunda fortis eſt, dubia fugax.

Caluus & Muſca, 84

CAlui momordit Muſca nudatum caput,
Quam opprimere captans, alapã ſibi duxit grauẽ.
Tunc illa inridens: Punctum volucris paruulæ
Voluiſti morte vlciſci, quid facies tibi
Iniuriæ quia dederis contumeliam?
Reſpondit: Mecum facile redeo in gratiam,
Quia non fuiſſe mentem lædendi ſcio:
Sed te contemti generis animal improbum,

Quæ



Quæ delectaris bibere humanum sanguinem,
Optem necare, vel maiore incommodo.
Hoc argumento veniam dari docet
Qui casu peccat, quam qui consilio est nocens
Illum esse quamuis dignum pœna iudico.

Asini & Porcelli. 85

Quidam immolasset verrem cum Sancti Herculi,
Cui pro salute votum debebat sua,
Asello iussit reliquias poni hordei.
Quas aspernatus ille sic locutus est:
Tuum libenter prorsus adpeterem cibum,
Nisi qui nutritus illo est iugulatus foret.
Huius respectu fabulæ deterritus,
Periculosum semper reputaui lucrum.
Sed dicis: Qui rapuere diuitias, habent.
*Numeremus agedum, qui deprehensi * perierint,* [*v.c. deprehensi perierunt.
Maiorem turbam punitorum reperies:
Paucis temeritas est bono, multis malo.

Scurra

Scurra & Rusticus. 86

Prauo fauore labi mortales solent;
Et pro iudicio dum stant erroris sui,
Ad pœnitendum rebus manifestis agi.
FActurus ludos quidam diues nobilis,
Proposito cunctos inuitauit præmio.
Quam quisque posset, vt nouitatem ostenderet;
Venere artifices laudis ad certamina;
Quos inter Scurra notus vrbano sale,
Habere dixit se genus spectaculi
Quod in theatro nunquam prolatum foret;
Dispersus rumor ciuitatem concitat:
Paulo ante vacua turbam deficiunt loca.
In scena vero postquam solus constitit,
Sine apparatu nullis adiutoribus.
Silentium ipsa fecit expectatio.
Ille in sinum repente dimisit caput,
Et sic porcelli vocem est imitatus sua,
Verum vt subesse pallio cõtenderent,
Et excuti iuberent, quo facto, simul
Nihil est repertum, multis onerant laudibus;
Hominemque plausu prosequuntur maximo:
Hoc vidit fieri Rusticus: Non me hercule
Me vincet, inquit: & statim professus est
Idem facturum melius se postridie.
Fit turba maior: iam fauor mentes tenet,
Et derisuri * non spectatuti sedent. [* *v.c. Et derisuros non expectaturos sitet:*
Vterque prodit. Scurra degrunnit prior
Mouetque plausus & clamores suscitat.
Tunc simulans sese vestimentis Rusticus
Porcellum obtegere, quod faciebat scilicet,
Sed in priore quia nil compererat latens
* * * *

Peruellit aurem vero quem celauerat,
Et cum dolore vocem naturæ exprimit,
Adclamat populus; Scurram multo ſimilius
Imitatum, & cogit Ruſticum trudi foras.
At ille profert ipſum porcellum è ſinu
Turpemque aperto pignore errorem probans;
En hic declarat quales ſitis iudices.

Poeta ad particulonem.

ADhuc ſuperſunt multa quæ poſſim loqui,
Et copioſa abundat rerum varietas:
Sed temperatæ ſuaues ſunt argutiæ:
Immodicæ offendunt. quare, Vir ſanctiſſime
Particulo, chartis nomen victurum meis,
Latinis dum manebit pretium literis,
Si non ingenium, certe breuitatem adproba,
Quæ commendari tanto debet iuſtius,
Quanto poetæ ſunt moleſti validius.

Caluus, & quidam pilis defectus. 87

INuenit Caluus forte in triuio pectinem.
Acceſſit alter æque defectus pilis;
HEIA, inquit, COMMVNE QVODCVNQVE EST LVCRI.
Oſtendit ille prædam, & adiecit ſimul;
Superum voluntas fauit, ſed fato inuido:
Carbonem, vt aiunt, pro theſauro inuenimus.
Quem ſpes deluſit, huic querela conuenit.

Procax Tibicen. 88

Vbi vanus animus aura captus friuola
Abripuit inſolentem ſibi fiduciam,
Facile ad deriſum ſtulta leuitas ducitur.

Princeps

PRinceps Tibicen notior paulo fuit.
Operam Bathyllo ſolitus in ſcæna dare.
Is forte ludis, non ſatis memini quibus,
Dum poema rapitur, concidit caſu graui
Nec*opinans, & ſiniſtram fregit tibiam [*v. c. Ne copia ſed ſiniſtram.
Duas cum dextras maluiſſet perdere.
Inter manus ſublatus & multum gemens
Domum refertur. aliquot menſes tranſeunt
Ad ſanitatem dum venit curatio,
Vt ſpectatorum mos eſt, & lepidum genus,
Deſiderari cœpit, cuius flatibus
Solebat excitari ſaltantis vigor.
Erat facturus ludos quidam nobilis
Et incipiebat princeps abduci reum *
*Ingredi à ſe reducit pretio, precibus, vt
*Tantum modo ipſo ludotum oſtenderet ſeſe die.
Qui ſimul aduenit, rumor de tibicine
Fremit in theatro: quidam affirmant mortuum,
Quidam in conſpectum proditurum ſine mora.
Aulæo miſſo, deuolutis tonitrubus,
Dii ſunt locuti more translatitio.
Tunc chorus ignotum more ducto canticum
Impoſuit, cuius hæc fuit ſententia:

LÆTARE INCOLVMIS ROMA SALVO PRINCIPE.

In plauſus conſurrectum eſt, iactat baſia
Tibicen: gratulari fautores putat.
Eques ter ordo ſtultum errorem intelligit,
Magnoque riſu canticum repeti iubet.
Interatur illud homo meus ſe in pulpito
Totum proſternit plaudit inludens eques:
Rogare populus hunc coronam exiſtimat.
Vt vero cuneis notuit res omnibus,
Princeps ligato crure niuea faſcia,

Niueiſque tunicis, niueis etiam calceis.
Superbiens honorem vidit diuinæ domus,
Ab vniuerſis capite eſt protruſus foras.

Tempus.

CVrſu volucri pendens in nouacula
Caluus, comoſa fronte, nudo corpore,
Quem ſi occuparis, teneas; elapſum ſemel
Non ipſe poſſit Iuppiter reprendere.
Occaſionem rerum ſignificat breuem.
Effectus impediret ne ſegnis mora,
Finxere antiqui talem effigiem temporis.

Taurus & Vitulus. 89

ANguſto in aditu Taurus luctans cornibus,
Cum vix intrare poſſet ad præſepia,
Monſtrabat Vitulus quo ſe pacto plecteret?
Tace, inquit, ante hoc noui quam tu natus es.
Qui doctiorem emendat, ſibi dici putet.

Canis & Venator. 90

ADuerſus omnes fortis veloces feras
Canis cum domino ſemper feciſſet ſatis,
Languere cœpit annis ingrauantibus.
Aliquando obiectus hiſpidi pugnæ ſuis,
Adripuit aurem. ſed carioſis dentibus
Prædam dimiſit hic tunc Venator dolens,
Canem obiurgabat; cui ſenex contra latrans
Non te deſtituit animus, ſed vires meæ.
Quod fuimus laudas, iam damnas quod ſumus.
Hoc cur, Filite, ſcripſerim pulcre vides.


FINIS.

AVIENI FABVLÆ ÆSOPICÆ.

AVIENVS THEODOSIO.

Dubitanti mihi, Theodosi optime, quonam literarum titulo nostri nominis memoriam mandaremus, fabularum textus occurrit, quod in his Vrbanè concepta falsitas doceat, & non incumbat necessitas veritatis. Nam quis tecum de oratione, quis de poemate loqueretur? quum in vtroque literarum genere & Atticos Græca eruditione superes, & latinitate Romanos? Huius ergo materiæ ducem nobis ÆEsopum noueris, qui responso Delphici Apollinis monitus ridicula orsus est, vt legenda firmaret. Verùm has pro exemplo fabulas & Socrates diuinis operibus indidit & poemati suo Flaccus aptauit, quòd in se sub locorum communium specie vitæ argumenta contineant, quas græcis Iambis Babrias repetens in duo volumina coartauit. Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos resoluit. De his ergo ad quadraginta & duas in vnum redactas fabulas edidi, quas rudi latinitate compositas elegis sum explicare conatus. Habes ergo opus quo animum oblectes, ingenium exerceas, sollicitudines leues totumque viuendi ordinem cautus agnoscas. Loqui verò arbores, feras cum hominibus gemere, verbis certare volucres, animalia ridere fecimus, vt pro singulorum necessitatibus vel ab ipsis animis sententia proferatur.





ÆSOPI FABVLÆ XLII. AB Auieno Elego carmine conſcriptæ.

Ruſtica & Lupus. 1



RVſtica deflenti paruo iurauerat olim
Ni taceat, rapido quòd foret eſca lupo.
Credulus hanc vocem Lupus audiit, & manet ipſas
Peruigil ante fores, irrita vota gerens.
Nam laſſata puer nimiæ dat membra quieti,
Spem quoque raptori ſuſtulit inde fames.
Hunc vbi ſyluarum repetentem luſtra ſuarum
Ieiunum coniunx ſenſit adeſſe lupa:
Cur, inquit, nullam defers de more rapinam,
Languida conſumptis ſed trahis ora genis?
Ne mireris, ait, deceptum fraude maligna
Vix miſerum vacua delituiſſe fuga.
Nam quæ præda rogo, quæ ſpes contingere poſſet,

Iurgia

Iurgia nutricis quum mihi verba darent?
Hæc ſibi dicta putet, ſeque hac ſciat arte notari:
Fœmineam quiſquis credidit eſſe fidem.

Aquila & Teſtudo. 2



Pennatis auibus quondam teſtudo loquuta eſt,
Si quis eam volucrum deſtituiſſet humi,
Protinus è rubris conchas proferret arenis,
Queis pretium nitido cortice bacca daret:
Indignans ſibimet tardo quòd ſedula greſſu
Nil ageret toto perficeretue die.
Aſt vbi promiſſis aquilam fallacibus implet,
Experta eſt ſimilem perfida lingua fidem.
Et malè mercatis dum quærit ſydera pennis
Occidit infelix alitis vngue feræ.
Tum quoque ſublimes quum iam moreretur in auras,
Ingemuit, votis hæc licuiſſe ſuis.
Nam dedit exoſæ poſthæc documenta quieti
Non ſine ſupremo magna labore peti.
Sic quicumque noua ſublatus laude tumeſcit,
Dat merito pœnas, dum meliora cupit.

Cancri. 3



CVrua retro cedens quum fert vestigia cancer,
Hispida saxosis terga relisit aquis.
Hunc genitrix facili cupiens procedere gressu
Talibus alloquiis præmonuisse datur:
Ne tibi transuerso placeant hæc deuia nate,
Rursus in obliquos neu velis ire pedes.
Sed nisu contenta ferens vestigia recto
Innocuos prono tramite siste gradus.
Cui natus, faciam, si me præcesseris, inquit,
Rectaque monstrantem certior ipse sequar.
Nam stultum nimis est, quum tu prauissima tentes,
Alterius censor vt vitiosa notes.

Boreas & Sol. 4

IMmitis Boreas placidusque ad sidera Phœbus
Iurgia cum magno conseruere Ioue,
Quis prior inceptum peragat, (mediumq; per orbem
Carpebat solitum fortè viator iter.)

Conuenit

Conuenit hanc potius liti præfigere causam,
Pallia nudato decutienda viro.
Protinus impulsus ventis circumtonat æther,
Et gelidus nimias depluit imber aquas.
Ille magis duplicem lateri circumdat amictum,
Turbida summotos quo trahit aura sinus.
Sed tenues radios paulatim increscere Phœbus
Iusserat, vt nimio surgeret igne iubar,
Donec lassa volens requiescere membra Viator,
Seposita fessus veste sederet humi.
Tunc victor docuit præsentia numina Titan,
Nullum præmissis vincere posse minis.

Asinus pelle Leonis indutus. 5



Metiri se quemque decet, propriisque iuuari
Laudibus, alterius nec bona ferre sibi.
Ne detracta grauem faciant miracula risum
Cœperit in solitis quum remanere malis.
Exuuias Asinus Gætuli fortè leonis
Repperit, & spoliis induit ora nouis,

Aptauitque suis incongrua tegmina membris,
Et miserum tanto pressit honore caput.
Ast vbi terribilis animo circumstetit horror,
Pigraque præsumptus venit in ossa vigor,
Mitibus ille feris communia pabula calcans,
Turbabat pauidos per sua rura boues.
Rusticus hunc magna postquam deprendit ab aure,
Correptum vinclis, verberibusque domat.
Et simul abstracto denudans corpora tergo,
Increpat his miserum vocibus ille pecus:
Forsitan ignotos mutato tegmine fallis,
At mihi seu quondam semper asellus eris.

Rana & Vulpes. 6

EDita gurgitibus olimque immersa profundo,
Et luteis tantum semper amica vadis,
Ad superos colles, herbosaque prata recurrens,
Mulcebat miseras turgida rana feras,
Callida quò posset grauibus succurrere morbis,
Et vitam ingenio continuare suo.
Nec se Pæonio iactat cessisse magistro,
Quamuis perpetuos curet in orbe Deos.
Tunc Vulpes pecudum ridens astuta quietem
Verborum vacuam prodidit esse fidem.
Hæc dabit ægrotis, inquit, medicamina membris,
Pallida cœruleus cui notat ora color.
Ne sibimet quisquam de rebus inaniter vllis
Quas nequit, imponat, ista fabella docet.

Canis. 7

HAud facile est prauis innatum mentibus vt se
Muneribus dignas suppliciove putent.
Forte canis quidam nullis latratibus horrens,
Nec patulis primum rictibus ora trahens,
Mollia

Mollia ſed pauidæ ſummittens verbera caudæ,
Concitus irato vulnera dente dabat.
Hunc dominus, ne quem probitas ſimulata lateret
Iuſſerat in rabido gutture ferre nolam.
Faucibus, & nexis crepitantia ſubligat æra,
Quæ facili motu ſigna cauenda darent.
Hæc tamen ille ſibi credebat munera ferri,
Et ſimilem turbam deſpiciebat ouans.
Tunc inſultantem ſenior de plebe ſuperbum
Alloquitur tali ſingula voce monens:
Infelix, quæ tanta rapit dementia ſenſum,
Munera pro meritis ſi cupis iſta dari?
Non hoc virtutis decus oſtentatur in ære,
Nequitiæ teſtem ſed geris inde ſonum.

Camelus & Iupiter. 8



CONtentum propriis ſapientem viuere rebus,
Nec cupere alterius, noſtra fabella monet.
Indignata cito ne ſtet fortuna recurſu,
Atque eadem minuat, quæ dedit ante, rota.

Corporis immensi fertur pecus iste per auras
  Et magnis precibus sollicitasse Iouem.
Turpe nimis cunctis irridendumque videri,
  Insignes geminis cornibus ire boues.
Et solum nulla munitum parte camelum
  Obiectum cunctis, expositumque feris.
Iupiter adridens, postquam sperata negauit,
  Insuper & magnæ sustulit auris onus.
Viue minor merito, cui sors non sufficit, inquit,
  Et tua perpetuam liuide damna geme.

Viatores & Vrsa. 9



MOntibus ignotis curuisque in vallibus arctum
  Cum socio quidam suscipiebat iter.
Securus quodcumque malum fortuna tulisset,
  Robore collato posset vterque pati:
Dumque per inceptum vario sermone feruntur,
  In mediam præceps conuenit vrsa viam.
Horum alter facili comprendens robora cursu,
  In viridi trepidum fronde pependit onus,

Ille tra-

Ille trahens nullo iacuit vestigia gressu,
Exanimem fingens sponte relisus humi.
Continuò prædam cupiens fera sæua cucurrit,
Et miserum curuis vnguibus ante leuat:
Verum vbi concreto riguerunt membra timore,
Nam solitus mentis liquerat ossa calor,
Tunc olidum credens, quamuis ieiuna, cadauer,
Deserit, & lustris conditur vrsa suis.
Sed quum securi paulatim in verba redissent
Liberior iusto qui fuit ante fugax:
Dic sodes quidnam trepido tibi retulit vrsa,
Nam secreta diu multaque verba dedit.
Magna quidem monuit: tamen hæc quoque maxima iussit,
Quæ misero semper sunt facienda mihi:
Ne facilè alterius repetas consortia, dixit,
Rursus ab insana ne capiare fera.

Eques Caluus. 10

CAluus eques capitis solitus religare capillos,
Atque alias nitido vertice ferre comas.
Ad campum nitidis venit conspectus in armis,
Et facilem frænis flectere cœpit equum.
Huius ab aduerso Boreæ spiramina præstant,
Ridiculum populo prospiciente caput:
Nam mox deiecto nituit frons nuda galero,
Discolor adposita quæ fuit ante coma.
Ille sagax, tantis quòd risus millibus esset,
Distulit admota calliditate iocum.
Quid mirum positos referens, fugisse capillos
Quem prius æquæuæ deseruere comæ?
Ridiculo cuiquam cum sis, absoluere temet
Opposita veri cum ratione stude.

Olla Ænea & Lutea. 11



EXcipiens geminas ripis cedentibus ollas,
Insanis pariter flumen agebat aquis:
Sed diuersa duas ars & natura creauit,
Ære prior fusa est, altera ficta luto.
Dispar erat fragili & solidæ concordia motus,
Incertumque vagus amnis habebat iter.
Ne tamen elisam confringeret ærea testam,
Iurabat solitam longius ire viam.
Ille timens ne quid leuibus grauiora nocerent,
Et quia nulla breui cum meliore fides,
Quamuis securam verbis me feceris, inquit,
Non timor ex animo decutiendus erit.
Nam me siue tibi, seu te mihi conferat vnda,
Semper ero ambobus subdita sola malis.
Pauperior caueat sese sociare potenti
Namque fides illi cum parili melior.

Syrac. cap. XIII.

Rusticus, qui thesaurum inuenerat, 12

RVsticus impresso molitus vomere terram
Thesaurum sulcis prosiluisse videt.
Mox indigna animo properante reliquit aratra

Semina

Semina compellens ad meliora boues.
Continuò supplex telluri construit aras
Quæ sibi depositas sponte dedisset opes.
Hunc fortuna nouis gaudentem prouida rebus
Admonet indignam se quoque thure dolens:
Nunc inuenta meis non profers munera templis
Atque alios mauis participare Deos:
Sed quum subrepto fueris tristissimus auro,
Me primam lachrymis sollicitabis inops.
Non me ridenti, sed tristi cernere vultu
Fas erit, & vacua sint tibi vota tua.
Vnius accepto peccat graue quisque talento
Si quod ab hoc sumpsit, imputat hoc alii.

Taurus & Hircus. 15



IMmensum Taurus fugeret quum forte Leonem,
Tutaque desertis quæreret antra viis,
Speluncam reperit quam tunc hirsutus habebat
Ciniphii ductor qui gregis esse solet.
Post vbi summissa meditatem irrumpere fronte
Obuius obliquo terruit ore caper,

Tristis

Triſtis abit, longaque fugax de valle loquutus;
  Nam timor expulſum iurgia ferre vetat,
Non te dimiſſis ſetoſum putide barbis,
  Illum qui ſupereſt conſequiturque tremo.
Nam ſi diſcedat, noſces ſtultiſſime quantum
  Diſcrepat à Tauri viribus hircus olens.
Dum cupis illatum tibimet par ſoluere damnum,
  Abſque tuo damno hocce caueto fore.

Simia & Iupiter. 14



IVpiter in toto quondam quæſiuerat orbe,
  Munera natorum qui meliora daret:
Certatim ad regem currit genus omne ferarum:
  Permixtumque homini cogitur ire pecus.
Sed nec ſquamigeri deſunt ad iurgia piſces,
  Vel quidquid volucrum purior aura vehit:
Inter quos trepidæ ducebant pignora matres
  Iudicio tanti diſcutienda Dei.
Tunc breuis informem traheret quum ſimia natum
  Ipſum etiam in riſum compulit ire Iouem.

Hanc

Hanc tamen ante alias rupit turpissima vocem
Dum generis crimen sic abolere cupit.
Iuppiter hoc norit, manet victoria si quem,
Iudicio superest omnibus iste meo.
Ergo mos homini est, quicquid sibi fecerit ipse
Vile licet maneat, comprobat ipse tamen.

Grus & Pauo. 15



THreiciam volucrem fertur Iunonius ales
Communi sociam continuisse cibo.
Namque inter varias fuerat discordia formas,
Magnaque de facili iurgia lite trahunt:
Quòd sibi multimodo fulgerent membra decore,
Cæruleam facerent liuida terga gruem.
Sufficit in mundo; plus tamen iſta placent.
Viue diu, ſed viue miſer, ſocioſque minores
Diſce pati; riſum dat tua vita mihi.
Pennatis non crede bonis; te nulla poteſtas
In miſeros armet; nam miſer eſſe potes.

De Quadrupedibus & Auibus. 44



QVadrupedes pugnant auibus, victoria nutat.
Spes onerata, metu vexat vtrumque gregem.
Linquit aues quæ ſumit auis de veſpere nomen
Nec timet oppoſiti caſtra iuuare chori.
Armat aues Aquilę virtus & viribus implet
Et monitu, torpet altera turba metu.
Amplexatur aues pennis victoria lætis,
Pro titulo pœnam transfuga ſumit auis.
Vellera nuda ſuo, pro plumis vulnera portat
Edictumque ſubit, ne niſi nocte volet.

Non

Non bonus eſt ciuis qui præfert ciuibus hoſtem
Vtiliter ſeruit nemo duobus heris.

De Accipitre & Philomena. 45

DVm Philomena ſedet, ſtudium mouet oris amœnũ
Sic ſibi, ſic nido viſa placere ſuo.
Impetit accipiter nidum, pro pignore mater
Supplicat, alter ait, plus prece carmen amo.
Nec prece nec precio, ſed amœno flectere cantu
Me potes; ille ſilet, dulcius illa canit.
Mente gemit, licet ore canat mens eius aceſcit,
Cuius mellifluum manat ab ore melos.
Impia fatur auis, ſordet modus iſte canorus,
Et laneat natum matre vidente, ſuum.
Mater obit, nec obire poteſt, ſed viuit vt ipſam
Vincat vita necem, plus nece cladis habens.
Cor matris patitur plus nati corpore, corpus
Rodit auis roſtro, cor fodit enſe dolor.
Veſtigat ſua pœna ſcelus: nam fraudibus vſo
Aucupe, fraudoſam viſcus ineſcat auem.
Fine malo claudi ſemper mala vita moretur,
Qua capit inſontes, ſe dolus arte capit.

De Vulpe & Lupo. 46

DItat præda lupum, ducit Lupus otia longa
Facta cibo, vulpes inuidet, iſta mouet.
Frater aue, miror cur tanto tempore mecum
Non fueris; nequeo non memor eſſe tui.
Ille refert, pro me vigilet tua cura, precari
Numina ne ceſſes, ne mea vita ruat.
Fraude tamen munita venis, falſoque venenum
Melle tegis; dolor eſt copia noſtra tibi.
Extorquere paras aliquid, furtumque minaris,
Sed mea furtiuam reſpuit eſca gulam.



Spreta redit, ſpretam ſtimulat dolor; apta dolori
   Fraus ſubit, ad pecorum tranſuolat illa ducem.
Hunc monet his verbis, tua gratia muneris inſtar
   Sit mihi, namque lupum dat mea cura tibi.
Hoſtem perde tuum, tuto iacet hoſtis in antro
   Vir fauet, antra petit, & necat enſe lupum.
Iſta lupi conſumit opes, ſed floret ad horam
   Vita nocens; vulpes caſſe retenta gemit.
Cur nocui? nocet ecce mihi nocuiſſe nociuo,
   Iure cado, cuius concidit arte lupus.
Viuere de rapto vitam rapit; inuidus inſtans
   Alterius damnis, in ſua damna ruit.

De Ceruo & Venatore. 47

FOns nitet argento ſimilis, ſitis arida ceruum
   Huc rapit, haurit aquas, ſe ſpeculatur aquis.
Hunc beat, hunc mulcet, ramoſæ gloria frontis,
   Hunc premit, hunc lædit tibia macra pedum.
Ecce canes, tonat ira canum, timet ille, timenti
   Fit fuga, culpati cruris adorat opem.
Claustra ſubit ſyluæ, cornu retinente moratur,

Crura

Crura neci rapiunt, cornua longa necant.
Spernere quod prosit, & amare quod obsit, ineptũ est,
Quod fugimus prodest & quod amamus obest.

De Milite & Fœmina. 45

DVm vir & vxor amant, vxorem priuat amato
Parca viro, nec eam priuat amore viri.
Coniugis amplectens tumulum, pro coniuge vexat
Vngue genas, oculos fletibus, ora sono.
Hanc iuuat ipse dolor, nequit hac de sede reuelli
Grandine, seu tenebris, seu prece, siue minis.
Ecce reum damnat iudex; crux horrida punit,
In cruce custodit, tempore noctis, eques.
Hic sitit, ad tumulum vocat hunc & clamor & ignis,
Orat aquæ munus, hæc dat, & ille bibit
Ægrum nectareis audet cor iungere verbis
Hunc vocat ad primum cura timoris opus.
Sed redit, & dulces monitus intexit amaro
Cordi; victa subit castra doloris amor.
Vir metuens furem furis, suspendia furis
Visit, sed viduam tactus amore petit.
Hanc ligat amplexu fructumque ligurit amoris
Hinc redit ad furem, sed loca fure carent.
Hic dolet, hoc quæstu dolor hic instigat amicam,
Non bene seruato fure, timore premor.
Rex mihi seruandum dederat, me regius ensis
Terret, & extorrem me iubet esse timor.
Hæc ait, inueni, quæ spem tibi suscitet, artem,
Vir meus implebit in cruce furis onus.
Ista viri bustum reserat, pro fure catenat
Ipsa virum, restem subligat ipsa viro. +
Huic merito succumbit eques; succumbit amori
Illa nouo, ligat hoc firmus amore thorus
Sola premit viuosque metu pœnaque sepultos
Fœmina; fœmineum nil bene finit opus.

+ ... tunc miles ... ille
Quem male servavi deficiebat enim
Ne timeas inquit mulier ...
Dentes huic misero fregit in ore diro

De Thaide & Iuuene. 49



ARte ſua Thais iuuenes irretit, amorem
Fingit, & ex ficto fructus amore venit.
A multis fert multa procis, ex omnibus vnum
Eligit, huic veri ſpondet amoris opes,
Sim tua ſiſque meus cupio: plus omnibus vnum
Te volo, ſed nolo munus habere tuum
Percipit ille dolos, & reddit qualia ſumſit,
Sis mea, ſimque tuus, nos decet æquus amor.
Viuere non vellem, niſi mecum viuere velles.
Tu mihi ſola ſalus, Tu mihi ſola quies
Sed falli metuo, quia me tua lingua fefellit,
Præteriti ratio ſcire futura facit.
Vitat auis taxum, quem guſtu teſte probauit,
Fallere vult hodie ſigna fefellit heri.
Thaida ſi quis amat, ſua non ſe credat amari.
Thais amore caret, munus amantis amat.

De Patre & Filio. 50

Eſt

ESt pater, huic natus; hic patri cedere nescit,
Nam facienda fugit, & fugienda facit.
Mens vaga discurrit, & menti consonat ætas.
Mentis & ætatis turbine, fræna fugit.
Ita senis punit pro nati crimine seruos,
Instruit ista senem fabula nota seni.
Cauta bouem vitulumque manus supponit aratro,
Hic subit ille iugum pellit, arator ait:
Gaude, lætus ara, tu quem domat vsus arandi.
A boue maiore discat arare minor.
Non placet vt sudes, sed des exempla minori,
Qui pede qui cornu pugnat abire iugo.
Sic domat indomitum domito boue cautus arator,
Sic veterem sequitur iunior ille bouem.
Proficit exemplo tanto cautela docendi
Maiorique minor credat in arte sua.

genitus
cre
nata sequi

De Vipera & lima. 51

VIpera fabrilem, dapis anxia, tendit in ædem.
Incipit hæc limam rodere, lima loqui:
Nescis posse meum, quæ sit mea gloria nescis,
Dente meo pateris, non ego dente tuo.
In tenuem ferrum forti molo dente farinam,
Et cadit attritu, dura farina meo,
Ferrea mordaci castigo tubera morsu,
Aspera plano, seco longa, foranda foro:
Deliras igitur cum dente mineris, inermi
Rideo, quum ferior, vulnera ferre gemis.
Fortis fortem amat, nam fortem fortior angit;
Maiori metuat obuius ire minor.

potenti
na
et

De Lupis & Ouibus. 52

PVgna Lupis opponit oues, ouiumque satelles
Est canis, est veruex; hac ope fidit ouis.

aries

Palma diu dormit, deſperat turba Luporum,
Et ſimulans fœdus, fœdere tentat ouem.
Fœdus vtrumque fides iurato numine fulcit,
Id lupus, id ſimplex obſide firmat ouis,
Datque lupis, male ſana canem recipitque Luporum
Pignera, nec metuit, nec ſua damna videt.
Dum natura iubet natos vlulare Lupinos,
Turba lupina furit, fœdera rupta querens.
Ergo pecus tutoris egens in viſcera mergit;
Præſide nuda ſuo, ſic tumulatur ouis.
Tutorem retinere ſuum tutiſſima res eſt,
Nam ſi tutor abeſt, hoſtis obeſſe poteſt.

De Homine & Securi. 53

QVo teneatur eget, nil auſa ſecare ſecuris.
Armet eam Lucus, vir rogat, ille fauet.
Vir nemus impugnat, laſſans in cæde ſecurim
Arboris omne genus vna ruina trahit.
Lucus ait pereo; mihimet ſum cauſa pericli,
Me necat ex dono ruſtica dextra meo.
Vnde perire queas, hoſtem munire caue his:
Qui dat quo pereat, quem iuuat hoſte perit.

De Lupo & Cane. 54

CVm cane ſylua lupum ſociat. Lupus inquit, amice
Pelle nites, in te copia pulchra patet.
Pro verbis dat verba canis, me ditat herilis
Gratia, cum domino me cibat ipſa domus.
Nocte vigil fures latratu nuncio, tutam
Seruo domum; mihi dat culmus in æde thorum,
Hæc mouet ore lupus, cupio me viuere tecum
Communem capiant otia noſtra cibum
Reddit verba canis, cupio te viuere mecum,
Vna dabit nobis menſa, manuſque cibum.

Ille

Ille fauet, sequiturque canem, gutturque caninum
Respicit, & quærit cur cecidere pili.
Inquit, ne valeam morsu peccare diurno
Vincula diurna fero, nocte iubente vagor.
Verba lupus reddit, non est mihi copia tanti,
Vt fieri seruus ventris amore velim.
Ditior est liber mendicus, diuite seruo.
Seruus habet nec se nec sua, liber habet.
Libertas prædulce bonum; bona cætera condit:
Qua nisi conditur, nil sapit esca mihi.
Libertas animi cibus est, & vera voluptas.
Qua qui diues erit, ditior esse nequit.
Nolo velle meum pro turpi vendere lucro
Has qui vendit opes, hic agit vt sit inops.
Non bene pro toto libertas venditur auro,
Hoc cœleste bonum præterit orbis opes.

De ventre & cæteris membris.

INcusant auidi pes & manus, ocia ventris,
Omnia solus habes lucra, labore carens.
Nos labor edomuit, te fouit inertia, sorbes
Omnia, quæ nostri cura laboris emit.
Disce pati famis acre iugum, vel disce labori
Credere, teque tui cura laboris alat
Sic ventri seruire negant, se venter inanem
Comperit, orat opem, nil dat auara manus.
Ille preces iterat, iterum fugit illa precantem.
In stomachi fundo torpet, obitque calor,
Victa fame natura fugit, vis arida fauces
Obserat, & solitum, non finit ire cibum.
Vult epulas dare sera manus, sed corporis ægri
Perdita non reperans machina, tota perit.
Nemo sibi satis est, eget omnis amicus amico;
Si non vis aliis parcere, parce tibi.

De Simia

De Simia & Vulpe. 56

SImia de turpi queritur nate, porrigit aurem
  Vulpes, non recipit mente, ſed aure preces.
Simia ſic fatur, natis vt mihi dedecus ornem,
  Sufficeret caudæ pars mihi parua tuæ.
Quid prodeſt nimia campos inſculpere cauda?
  Quod mihi prodeſſet, eſt tibi pondus iners.
Illa refert: nimio damnas de pondere caudam,
  Eſt breuis eſtque leuis; hæc duo damna queror.
Malo verrat humum, quam ſit tibi cauſa decoris,
  Quam tegat immundas res bene munda nates.
Id nimium nimioque magis ditaret egenum,
  Quod nimium minimo credis auare minus.

De Inſtitore & Aſino. 57

DVm fora feſtinus lucro petit, inſtat aſello
  Inſtitor, & preſſum pondere, fuſte premit.
Ille necem ſperat, nece promittente quietem,
  Sed nece completa, viuere pœna poteſt.
Nam cum bella facit, & timpana pulſat aſelli,
  Hic laſſatur, & hæc pulſa tonante manu.
Cui ſua vita nocet, caueat ſibi rumpere vitam
  Non nece, ſed meriti iure quieſcit homo.

De Ceruo. 58

MOtus voce canum ceruus fugit auia ſyluæ,
  Deſerit, arua tenet, clauſtra bouina ſubit.
Bos ait, aut luci tenebras, aut æquora campi
  Tutius intrares, hinc piger inde leuis.
Huc veniet cuſtoſque boum, ſtabulique magiſter,
  Si duo, vel tantum te videt alter, obis.
Ceruus ait, mihi veſtra necem clementia demat.

Condite

Condite me latebris, vt iuuet vmbra fugam.
Hunc tumulant fœno: præsepe reuisit arator, at
Frondibus & fœno munit alitque boues.
Hic abit, ac ceruus vitasse pericula gaudens, redit et
Bobus agit grates; è quibus vnus ait, ex
Est leue vitare cæcum: si venerit Argus.
Argum si poteris fallere, victor eris.
Centum fert oculos; cui se debere fatentur
Et domus & serui totaque iura loci.
Res sua sollicitat Argum, res altera cæcum tua te reperit
Qui tibi dormitat, scit vigilare sibi. sit
Hic silet. Argus init stabulum, bobusque ministras sci | ster
Plus æquo tenues viderat esse boues
Dum munit præsepe cibo, dum fulgurat ira,
Ausa videre diem cornua longa videt.
Quid latet hic? quid, ait, video? sentitque latentem inquit
Et bona fortunæ munera lætus habet.
Exulis est non esse suum, vigilare potentis,
Stertere seruorum, velle iuuare pii.

De Iudæo & Pincerna. 59

FErt Iudæus opes, sed onus fert pectore maius
Intus adurit eum cura, laborque foris.
Ergo metu damni, sibi munere regis amorem
Firmat, vt accepto producc tutus eat.
Regius hunc Pincerna regit, cor cuius adurit
Auri dira fames, qui parat ense nefas. sitis
Sylua patet, subeunt: iudeus in ore sequentis
Cor notat. ipse sequar, inquit, at ille negat
Et gladium nudans nemo sciet, inqui, obito: quit,
Ille refert, scelus hoc ista loquetur auis
Profilit à dumo Perdix: hanc iudice signat.
Alter ait scelus hoc ista loquetur auis, desunt
Et rapit ense caput, & opes metit, & scrobe funus Hic
Celat; agit celeres annus in orbe rotas

Perdices domini cœnæ Pincerna ministrat,
Ridet, & à risu vix vacat ipse suo.
Rex audire cupit, hic differt dicere caussam.
Fit locus ambo sedent, hic mouet, ille refert.
Rex dolet, & læto mentitur gaudia vultu,
Regis concilium consiliumque sedet.
Pincernam crucis esse reum sententia prodit,
Crux punit meritum iure fauente cruci
Vt perimas quemquam, nullum tibi suadeat aurum;
Nam decus & vitam mœsta rapina rapit.

De Ciue & Milite. 60

Ciuis, Eques sub rege vigent: hic prælia regis,
Hic dispensat opes; hic vir & ille senex:
Inuidiæ perflata genas ignita dolosis
Flammis fax iuuenem torret honore senis
Regis in aure truces fingit de ciue querelas,
Est tibi non pastor, sed Lupus ille senex.
Ditant furta senem, creuit sua copia furtis,
Et sua de censu gaza recisa tuo est.
Firmabo mea verba manu. sua furta fateri
Hunc faciam. bello iudice verus ero.
Cum moueant obiecta senem, plus debilis ætas
Hunc mouet, ac senii crimine nisus hebes.
Parcunt iura seni, si pro sene pugnat amicus,
Cui nullius amor fenoris arma probat.
Mendicat pugilem. sed abest qui pugnet amicus,
Nam refugit viso turbine falsus amor.
Dum fortuna tonat fugitiuos terret amicos,
Et quis amet quis non, sola procella docet.
Cæna trahit ciuem, differt nox vna duellum,
Sollicitat mensam iusta querela senis.
Quos meritis emi multos mihi fecit amicos
Longa dies cunctos abstulit hora breuis
De tot amicorum populo non restitit vnus:

Quamque

Quamque dedi multis, nemo repensat opem.
Rebar pace frui, mea paci congruit ætas.
Sed mea turbauit gaudia liuor edax.
Hosti multa meo palmam pepigere; tepesco,
Ille calet, careo viribus, ille viget.
Arma parum noui, se totum præbuit armis
Est mihi visus hebes, visus acutus ei.
Nil mihi spondet opem, nisi iustæ gratia caussæ præbet
De fragili queritur præside caussa potens.
Corporis eclipsim timet alti copia cordis,
Nam fragili peccat mens animosa manu.
Si turpes nitidæ mendax infamia famæ
Infigit maculas, quid nituisse iuuat? finxme
Desperat, lugetque senex: hunc lenit arator
Qui senis arua colit, annua lucra ferens. novat
Me stimulat pietas pro te perferre duellum,
Est mihi pro domino dextra parata meo.
Ecce dies oritur, locus est tempusque duelli.
Sunt pugiles. ineunt mente, manuque simul. stant ibi
Est equiti fœdum, quod stet, qui pugnet, arator
Seque putat victum, ni cito vincat eques. um
Nil de se retinet virtus oblita futuri,
Dextera corporeas prodiga fundit opes.
Ictus ipse suos steriles expendit in vsus,
Et feriens hostem se magis hoste ferit.
Sed propriæ virtutis opes abscondit arator,
Dum locus expensæ detur & hora suæ:
Aut motu fallit, aut armis temperat ictus
Prædicitque minas frontis vtrumque iubar. Produ
Dormitans vigilat, & cessans cogitat ictum. us
Et metuens audet dextra, notatque locum.
Hæc mora non artis ratio, sed causa timoris culpa
Creditur, arte fruens esse videtur iners.
Gaudet eques, vicisse putans, spernitque bubulcum.
Sudoremque suo tergit ab ore suum.
Ecce moram nescit; equitem speculata morantem

In cubiti nodum rustica claua ferit
Huius plaga loci totius corporis auffert
Robur; cedit eques, seque cadente sedet.
O noua simplicitas! sedet iste, vocatque sedentem
Et nisi surgat eques, surgere velle negat:
Surge, bubulcus ait, cui miles, surgere nolo
Alter ait, sedeas, meque sedere licet.
Turba stupet: Præfectus adest, equitique moranti
Imperat vt pugnet, aut superatus eat.
Hæret eques. Præfectus ait, te vicit arator,
Pugna cadit. Regi panditur ordo rei.
Rex ait incisum noda Præfecte duellum.
Dedecus explanet ille, vel ille suum.
Pugna redit, milesque sedet, velut ante sedebat
Surge bubulcus ait, non volo, miles ait.
Cultor ait, dum stare negas. ego stare recuso.
Surgere si tentas, surgere promptus ero
Ambo sedent, ridet populus, præsesque bubulco
Intonat, aut pugnes, aut fuge: tempus abit
Cultor ait, surgat. caderet si surgere vellet.
Percute Præses ait, percute surget eques
Te decet aut illum victi sibi ponere nomen,
Hoc mihi non ponam nomen, arator ait,
Surgo, surge miser, nam turpe ferire sedentem
Est mihi, sitque tibi turpe sedendo mori.
Sic ait, & timidum multat. rogat iste furentem,
Parce mihi victo, supplico victor abi.
Læta nouat fortuna senem; senis vnicus hæres
Scribitur & dignas intrat arator opes.
Ius superat vires, sors aspera monstrat amicum.
Plus confert odio gratia, fraude fides.
Fine sui versu gemino, quod continet omnes
Fabula declarat; datque quod intus habet.

F I N I S.

LAVRENTII ABSTEMII FABVLÆ.

LAVRENTIVS ABSTEMIVS Octauiano Vbaldino Comiti Mercatelli.

S. P. D.

EDiturus hunc apologorum libellum, quem de numero fabularum hecatomythium nuncupaui, multum diuque dubitaui, Octauiane, princeps inclyte, tuo ne eum nomini potissimum dedicarem. Nam cum tuam in me non sine plurimis beneficiis perspicerem beneuolentiam, non aliquid mearum vigiliarũ tibi deuouere, ingratissimi hominis esse videbatur. Rursus cum tuorũ in me officiorum numerũ diuinasque virtutes tuas mecum ipse reuoluerem, indignum tantis meritis, tantaque sapientia munusculum hoc esse cernebam. Hanc tantam dubitationem meam amouit humanitas & prudentia tua, qua non tam res tibi dono datas, quam offerentium voluntatem soles inspicere. Addidit quoque mihi animum Guidus Vbaldus clarissimus dux, & princeps meus, omni laude maior, qui opusculum meum de nonnullis locis obscuris superiori anno ei dedicatum vultu ita placido & serena fronte suscepit, vt sperare merito possem, hoc tibi qualecunque fore non ingratum. Non mediocriter etiam me incitarunt Georgius Emus pro Venetis hic agens legatus, non solum patritia nobilitate, verum etiam bonarum artium studiis clarus, & Carolus Verardus Caesenas Archidiaconus Caesenae, & Alexandri Pontificis Maximi cubicularius, vir omni literarum genere praestans: nec non Renatus Melioratus, & Robertus Vrsus Ariminenses Iurisconsulti clarissimi, nec minus, quae humanitatis vocant,

studiis eruditi. Hi enim aliique complures optimi harum rerum censores, cum hunc libellum legissent, multis me verbis sunt ad editionem cohortati. Non putaui igitur tam humano principi hoc munus ingratum futurum, quod tot eruditis ante viris placuisse cognoueram. Accipe igitur hoc quicquid est libelli ab Abstemio tuo, cuius mentem animumque si penitus posses inspicere, in hac tenui re magnum munus tibi iudicares oblatum. Ne quis autem inutilem & inanem hunc meum scribendi laborem existimaret, præfatiunculam quandam præponendam censui, qua intelligeretur, doctos etiam & claros viros in magnis rebus huiusmodi fabellis, non voluptatis tantum, verum etiam vtilitatis gratia delectatos. Sedulo dedimus operam, vt seria potius quam iocos saperent, vnde ridiculas multas, quæ inter componendum sese mihi offerebant, consulto præterii, quia nimis lasciuæ, & tanti principis grauamine mihi videbantur indignæ. Non tamen ita agrestis esse volui, quin eas aliqua vrbanitate aspergerem, maxime ad principem scribens, cum principes curarum mole pressi, soleant interdum recreandi animi gratia iocos appetere. Vale.

EIVSDEM ABSTEMII PROOEMIVM.

COgitanti mihi varia scriptorum genera, qui vt humanæ vitæ prodessent, cogitationes suas literarum mandauere memoriæ; Qui apologos scripsere, non postremo loco digni esse videntur. Non enim modo mortalium animos incredibili quadam afficiūt voluptate, verum etiam ad res honestas, vtilesque peragendas, suis fabellis magis quam Phihilosophi suis præceptis alliciunt. Nam ita in legentium animos quadam iucunditate penetrant, & quibusdam similitudinibus, quæ maximè ad commouendos animos valent, quid vitandum faciendumque sit, ostendunt, vt omnes etiam inuiti, illis assentire cogantur. Sensus

autem

autem audiendi fastidiosissimus, res etiam vtiles honestasque haud facile admittit, ni fuerint aliqua vrbanitate conditæ. Testis quidem orator Atheniensis, qui ad Athenienses verba faciens, cum eos minus attentos videret, rogauit vt saltem fabulam audire dignarentur. Quo impetrato: Ceres inquit & hirundo & anguilla simul iter facientes, ad quendam fluuium peruenerunt. Hirundo quidem superuolauit; Anguilla autem amnem tranauit. Quod cum dixisset, obticuit. Interrogantibus autem illis quid Ceres egisset? Vobis, inquit, dea nostra succensuit, qui eos, qui vobis vtilia suadent, audire nolentes, tam attentis auribus confabulantes auditis. Quantam vim apologi habeant ad animos commouendos, cum multis possem, tribus ero contentus exemplis ostendere.

Samiis rectorem populi morti adiicere volentibus. Æsopus hac fabella dissuasit, dicens: Vulpem quandam fluuium transeuntem, in lacunam fuisse propulsam. Vnde cum exire non posset, tenaci limo retenta muscarum affligebatur aculeis. Quod Herinacius conspicatus, misericordia motus est, interrogauitque an vellet, vt ab ea muscas abigeret. At illa abnuit, dicens, hæ meo sanguine iam plenæ, paruam mihi possunt inferre molestiam: si autem has abegeris, aliæ famelicæ superuenient, quæ quicquid mihi superest sanguinis exhaurient. Ita ò viri Samii vobis eueniet. Si enim hunc rectorem vestrum iam locupletem occideritis, alios eligatis necesse est, qui dum se opibus volent implere, quicquid hic vobis reliquit, eripient. His verbis moti Samii, ab incepto destitere.

Hac ratione adductus Tiberius Cæsar, diuturnos magistratus dabat, vnde (vt refert Iosephus) sub eo, per viginti annorum spatia, per duos tantum præsides, Gratum scilicet & Pilatum, est gubernata Iudea. Non parcit populis regnum breue, vt inquit Statius.


Himerenses Phalaridem Agrigentinorum tyrannum ducem exercitus sui eligere volentes, Stesichorus poeta hoc apologo deterruit. Equus, dicens, solus pascebat in prato. Adueniente autem ceruo, & pascua corrumpente, consulit hominem, qua posset illum arte punire. Cui homo, si frenum, inquit, acceperis, & me armatum dorsum tuum ascendere permiseris. Cum huic consilio esset obsecutus, ceruum quidem hominis auxilio victor abegit, sed non amplius hominem dorso, non frenum depulit ore. Ita, inquit Stesichorus viri Himerenses vobis eueniet, si Phalaridem ducem efficietis, hostes quidem vestros punietis, sed huic tyranno perpetuo seruietis. Quibus verbis territi Himerenses, huiusmodi ducis eligendi consilium deposuere.

Cum populus Romanus ab Senatu secessisset, quod tributum & militiam toleraret, nec vllo pacto reduci posset, nonne Agrippa Menenius cum hoc apologo reuocauit? Olim, inquiens, Quirites, humani artus ventrem ociosum & desidem intuentes, ab eo discordarunt, nec amplius illi cibum ministrare decreuerunt. Sed cum ipsi quoque alimenta illi denegando, quæ per omnia membra deferuntur, deficerent, cum eo in gratiam redierunt. Eodem, inquit, modo, Senatus & populus, quasi venter & membra, alterum alterius auxilio indigent, & vt discordia intereunt, ita concordia valent. Qua fabula populus reuocatus, cum Senatu in gratiam rediit. Non immeritò igitur non solum Græci & Latini poetæ, vt Hesiodus & Horatius, huiusmodi fabulas suis operibus inseruerunt, verum etiam maximi & celeberrimi Philosophi, vt Plato, Aristoteles, Plutarchus, & multi alii plurimum commendarunt, & ad institutionem moralis & ciuilis vitæ non minimum facere arbitrati sunt. Quocirca Omnibus. Leonicenus, & Laurentius Valla, viri ætatis nostræ doctissimi, paucos Æsopi

ſopi apologos è Græco in Latinum vertere, ſibi laudi, cæteris verò voluptati & vtilitati fore non dubitarunt. Et iure quidem. Leguntur enim, & in doctiſſimorum virorum manibus quotidie verſantur. Non video igitur, cur has componendo fabulas laude fraudari debeam, quam cæteri Latini ex translatione conſecuti ſunt, niſi adeo inuidi ſimus, vt Latinis licere non putemus, quod Græcis eſt cum ſumma omnium laude conceſſum.



De Mure in cista nato. 1



MVs in cista natus, omnem ferè ibi duxerat ætatem nucibus pastus, quæ in ea seruari solebant. Dum autem circa oras cistæ ludens decidisset, quæreretque ascensum, reperit epulas lautissimè paratas: quas cum gustare cœpisset, Quam stultus inquit, hactenus fui, qui toto in terrarum orbe nihil melius cistula mea esse credebam. Ecce quàm suauioribus hic vescor cibis.

Hac fabula indicat, non ita patriam diligendam, si ignobilis sit, vt alia non adeamus loca, cum alibi beatiores esse possimus.

De Rustico impetrante, vt triticum absque aristis nasceretur. 2

IMpetrauerat à Cerere rusticus quidam, vt triticum absque aristis nasceretur, ne metentium trituran-tiumque manus læderet. Quod vbi maturuit, à minutis aui-

tis auibus depastum est. Tum rusticus, quàm digna, inquit, patior, qui paruæ commoditatis causa, emolumenta quam maxima perdidi.

Fabula indicat, parua incommoda maiori vtilitate pensanda.

De Accipitre columbam insequente. 3

CVm accipiter columbam præcipiti insequeretur volatu, villam quandam ingressus, à rustico captus est; quem blande, vt se dimitteret, obsecrabat. Non enim te læsi, dicens. Cui rusticus, nec hæc, respondit, te læserat.

Fabula indicat, merito puniri, qui innocentes lædere conantur.

De Aranea & Hirundine. 4

ARanea in hirundinem excandescens, quæ muscas, qui suus est cibus capiebat, retia in foribus, per quas volitare solebat, vt eam caperet, suspenderat; hirundo vero aduolans, retia cum textrice per aera portabat. Tunc aranea in aere pendens, & se iamiam perituram intelligens, quàm iuste hæc patior dicebat, quæ minima volatilia magno labore vix capiens, credidi tam magnas aues posse comprehendere.

Hac admonemur fabula, ne viribus maiora aggrediamur.

De Rustico amnem transituro. 5

RVsticus torrentem transiturus, qui forte imbribus excreuerat, quærebat vadum. Et cum primum eam fluminis partem tentasset, quæ quietior placidiorque videbatur, reperit eam altiorem, quàm animo erat opinatus. Rursus ibi breuiorem, tutioremque

que adinuenit, vbi maiore aquarum strepitu fluuius decurrebat. Tum secum, quàm tutius, inquit, clamosis aquis, quàm quietis & silentibus vitam nostram credere possumus.

Hac admonemur fabula, vt minus verbosos & minaces, quàm quietos extimescamus.

De Columba & Pica. 6

COlumba interrogata à Pica, quid eam induceret, vt in eodem semper loco nidificaret, cum eius pulli inde sibi semper surriperentur; simplicitas, respondit.

Hac indicat fabula, facile esse, viros probos sæpe decipi.

De Cuculo & Accipitre. 7

IRrisus ab accipitre cuculus, quod cum sibi & corpore par & colore non absimilis esset, præ angustia animi potius vermibus terrenis, quàm suauibus aliarum auium carnibus vesceretur, vidit paucis post diebus accipitrem à rustico, cuius columbas insectabatur, captum, & motu cæterorum ex alta turre pendere, cui cuculus; Quam melius tibi, inquit, amice fuisset vermes venari, quam alienas aues impetere.

Hac fabula indicat eorum vitam tutiorem esse, & magis probandam, qui suis rebus sine periculo contenti sunt, quam illorum, qui aliena appetentes, adeunt magna vitæ discrimina.

De Asino & Vitulo. 8

ASinus & vitulus in eodem pascentes prato, sonitu campanæ hostilem exercitum aduentare præsensérant. Tum vitulus, fugiamus hinc ò sodalis, inquit, ne hostes nos captiuos abducant. Cui asinus, fuge tu,

inquit,

inquit, quem hostes occidere & esse consueuerunt. Asini nihil interest, cui vbique eadem ferendi oneris est proposita conditio.

Hæc fabula seruos admonet, ne dominos magnopere mutare formident, modo prioribus deteriores futuri non sint.

De Vulpe & Mulieribus gallinam edentibus. 9

VVlpes iuxta villam quandam transiens, conspexit cateruam mulierum plurimas gallinas, opipare assatas, alto silentio comedentem, ad quas conuersa; Qui clamores, inquit, & canum latratus contra me essent, si ego facerem, quod vos facitis? Cui respondens quædam anus: pessima animalium, inquit, nos quæ nostra sunt comedimus, tu vero aliena furaris.

Hæc fabula nos admonet, ne putemus nobis in aliena licere, quod propriis dominis licet.

De Caponibus pinguibus & macro. 10

VIr quidam complures capones in eodem ornithobosco inclusos largo nutricauerat cibo, qui pingues effecti sunt omnes, præter vnum, quem vt macilentum irridebant fratres. Dominus nobiles hospites lauto & sumptuoso accepturus conuiuio, imperat coco, vt ex his interimat, coquatque quos pinguiores inuenerit. Hoc audientes corpulenti, sese afflictabant dicentes, Quãto præstitisset, nos macilentos esse.

Hæc fabula in pauperum solamen conficta est, quorum vita tutior, quàm diuitum.

De Trabe & Bobus eum trahentibus. 11

TRabs vlmea de bobus conquerebatur, dicens: Ingrati, ego multo tempore meis vos frõdibus alui, vos ve-

vos vero me nutricem vestram, per saxa & luta trahitis. Cui boues, gemitus, suspiriaque nostra, & stimulus quo pungimur, te docere possunt, quod te trahamus inuiti. Ignouit trabs.

Hæc nos docet fabula, ne in eos excandescamus, qui non sua sponte nos lædunt.

De Arboribus pulchris, & deformi. 12

ARbores complures in eodem creuerant loco proceræ, rectæ, enodesque, præter vnam humilem, paruam, nodosamque, quam vt deformem, pusillamque cæteræ ludibrio habere solitæ erant. Ædificaturus domum loci dominus, iubet omnes excidi, præter eam, quæ breuitate & deformitate sua ædificium indecorum reddditura videbatur. Cæteris excisis, deformis hæc secum dicebat: De te non amplius querar natura, quod me turpem genueris, cum formosis tam magna videam imminere discrimina.

Hæc fabula nos admonet, ne doleamus nos natos esse deformes, cum multis formositas sæpe nocuerit.

De Cygno in morte canente comprehenso à Ciconia. 13

CYgnus moriens, interrogabatur à Ciconia, cur in morte, quàm cætera animalia adeo exhorrent, multo suauiores, quàm in omni vita emitteret sonos, quum potius mœstus esse deberet. Cui cygnus, Quia inquit, neque cibi quærendi cura amplius cruciabor, neque aucupum laqueos extimescam.

Hæc fabula nos admonet, ne mortem formidemus, qua omnes vitæ præsentis miseriæ præciduntur.

De Muliere virum morientem flente, & Patre eam consolante. 14

Mulie-

MVlierem adhuc iuuenem, cuius vir animam agebat, pater cõsolatur, dicens: Ne te afflictes tantopere filia. Alium enim virum tibi inueni, isto longe formosiorem, qui prioris desiderium facilè mitigabit. At mulier doloris impatiens, vt quæ maritum ardenti amore prosequebatur, non modo verba parentis non admittebat, sed intempestiuam alterius mariti mentionem accusabat. At vbi maritum defunctum videt, inter lachrymas & luctus parentem interrogat, an adsit ibi iuuenis ille, quem sibi in virum dare velle se dixerat.

Fabula indicat, quàm cito defunctorum maritorum amor ex vxorum animo excidere soleat.

De Muliere amatoris discessum flente. 15

MVlier impudica amatorem suum abeuntẽ, quem omnibus ferè rebus spoliauerat, multis lachrymis prosequebatur. Interrogante autem eam vicina, cur ita inconsolabiliter fleret: non discessum eius, inquit, sed pallium, quod ei reliqui, fleo.

Fabula indicat, non amatores, sed eorum bona à meretricibus amari.

De Musca, quæ quadrigis insidens, puluerem se excitasse dicebat. 16

QVadrigæ in stadio currebant, quibus musca insidebat: Maximo autem puluere tum equorum pedum pulsu, tum rotarum volutatione exorto, dicebat musca: Quam magnam vim pulueris excitaui?

Hac fabula ad eos spectat, qui cum ignaui sint, alienam tamen gloriam suis magnificis verbis in se transferre conantur.

De Anguilla conquerente, quod magis quàm serpens infestaretur. 17

ANguilla interrogabat serpentem, quare cum similes essent atque cognati, homines tamen se potius, quàm illum insequerentur: cui serpens, quia rarus, inquit, me lædit impune.

Fabula indicat, minus lædi solere, qui sese vlciscuntur.

De Asino, Simia, & Talpa. 18

COnquerenti asino, quòd cornibus careret Simiæ vero, quòd cauda deesset. Tacete, inquit talpa, quum me oculis captam esse videatis.

Hæc fabula ad eos pertinet, qui non sunt sua sorte contenti, qui si aliorum infortunia considerarent, æquiori animo tolerarent sua.

De Nautis sanctorum auxilium implorantibus. 19

NAuta quidam in mari subita & atra tempestate deprehensus, cæteris eius sociis diuersorum auxilium implorantibus, Nescitis, inquit, quid petatis. Ante enim, quàm sancti isti ad Deum pro nostra liberatione se conferant, hac imminente procella obruemur. Ad Deum igitur confugiendum censeo, qui absque alterius adminiculo à tantis malis nos poterit liberare. Inuocato igitur Dei omnipotentis auxilio, ilico procella cessauit.

Fabula indicat, vbi potentioris auxilium haberi potest, ad imbecilliores non fugiendum.

De Piscibus è sartagine in prunas desilientibus. 20

Pisces

PIsces adhuc viui in sartagine feruenti oleo coquebantur, quorum vnus, fugiamus hinc fratres, inquit, ne pereamus. Tunc omnes pariter è sartagine exilientes, in ardentes prunas deciderunt. Maiori igitur dolore affecti, damnabant consilium, quod ceperant, dicentes: Quanto atrociori nunc morte perimus?

Hæc nos admonet fabula, vt ita præsentia vitemus pericula, ne incidamus in grauiora.

De Quadrupedibus societatem aduersus Aues cum Piscibus ineuntibus. 21

QVadrupedes cum bellum sibi ab auibus esset indictum, cum piscibus fœdus inierunt, vt eorum auxilio se ab auium furore tuerentur. Cum autem optata expectarent auxilia, Pisces negant se per terram ad eos accedere posse.

Hæc nos admonet fabula, ne eos nobis socios faciamus, qui cum opus sit, nobis adesse non possunt.

De Legato auaro tubicines decipiente. 22

QVidam auarus pro patria legatus in aliam vrbem profectus erat, cui tubicines præsto adfuerunt, vt illius aures tubarum clangore, loculos autem suos pecunia implerent. Quibus ille renunciari iubet, non esse nunc locum cantibus, se in summo luctu & mœrore constitutum, matrem enim suam obiisse. Tubicines autem spe frustrati, & mœsti abeunt. Amicus quidam legati audiens luctum, ad eum visendum, consolandumque accedit, interrogatque quamdiu mater eius obiisset. Quadraginta iam anni sunt, inqnit. Tunc amicus intellecta legati stropha, in risum effusus est.

Hæc fabula ad auaros facit, qui omni arte student pecuniam conseruare.

De Viro,

De Viro, qui ad Cardinalem nuper creatum gratulandi gratia accessit. 23

VIr quidam facetus admodum & vrbanus, audiens amicum suum ad Cardinalatus dignitatem assumptum, ad eum gratulandi gratia accessit: qui honore tumidus, amicum veterem agnoscere dissimulans, quisnam esset interrogabat. Cui, vt erat ad iocos promptus: Miseresco, inquit, tibi, cæterisque, qui ad huiusmodi honores perueniunt: quamprimum enim dignitates eiusmodi estis assequuti, visum, auditumque, & cæteros sensus ita amittitis, vt pristinos amicos amplius non recognoscatis.

Hæc fabula eos notat, qui in altum sublati, veteres despiciunt amicitias.

De Iuuene Senis curuitatem ridente. 24

IVuenis quidam conspicatus senem in arcus tensi similitudinem curuum: interrogauit, an sibi arcum vellet vendere? Cui ille: Et quid est tibi opus pecuniam amittere? Si enim ad meam perueneris ætatem, absque pecunia arcum tibi natura concedet.

Hæc fabula indicat, minime irridenda vitia senilis ætatis quam nemo viuendo effugere potest.

De Sene puellam in vxorem accipiente. 25

VIr quidem imprudens, exacto septuagesimo vitæ anno, puellam duxerat in vxorem, qui ad id tempus in cœlibatu permansisset. Cui cum debitum soluere non posset, dicere solebat: Quam male vitam meam disposui, iuueni enim mihi vxor deerat, nunc autem senex desum vxori.

Hæc fabula innuit, omnia suo tempore peragenda.

De Aqui-

De Aquila & Pica. 26

PIca aquilam rogabat, vt ſe inter ſuos familiares & domeſticos acciperet quando id mereretur cùm corporis pulchritudine, tum ad mandata peragenda, linguæ volubilitate. Cui aquila, hoc facerem reſpondit, ni vererer, ne quæ intra regulam fiunt, tua loquacitate cuncta efferres.

Hac fabula monet, linguaces & garrulos domi non habendos.

De Turdo amicitiam cum Hirũdine ineunte. 27

GLoriabatur turdus, ſe amicitiam contraxiſſe cum hirundine. Cui mater, ſtultus es fili, inquit, ſi credis cum ea poſſe conuiuere, cum vterque veſtrum diuerſa ſoleat appetere loca. Tu enim frigidis, illa tepidis delectatur locis.

Hac monemur fabula, ne eos nobis faciamus amicos, quorum vita à noſtra diſſentit.

De Ruſtico & Mure. 28

RVſticus quidam erat admodum pauper, ſed adeò facetus, vt ne calamitatis quidem tempore, natiui leporis obliuiſceretur. Is cum villam ſuam caſu, igne iniecto, ita ardentem videret, vt aliquo modo ignem extinguere poſſe diffideret, mœſtus ſpectabat incendium. Interim cernit murem quẽdam, qui villæ egreſſus, periculum quàm ocyſſimè fugiebat. Oblitus damnorum, ruſticus cucurrit, & murem corripiens, illum in medium iecit incendium; dicens: Ingratum animal, tempore felicitatis mecum habitaſti, nunc quia fortuna mutata eſt, villam meam deſeruiſti.

Fabula indicat, eos non eſſe veros amicos, qui arridente

fortunæ à latere tuo non discedunt, turbata autem, præcipiti abeunt cursu.

De Heremita virgine ægrotante. 29

INsitum est à natura omnium animalium generi, vt rei venereæ libidine incitentur, à qua si qui homines qui coruo albo rariores sunt, se abstinere volunt, sæpe in graues morbos incidere solent. Quidam igitur heremita ab ipsa adolescentia ita titillationes carnis euicerat, vt vsque ad quintum & vicesimum ætatis annum virgo permaneret. Cum autem in eam ætatem grauissimè ægrotare cœpisset, Medici nullum aliud salutis eius remedium se inuenire dicebant, nisi vt cum aliqua muliere coiret. Diu heremita recusauit, mori se potius velle dicens, quàm virginitatem, rem tam præclaram, & Deo maxime gratam amittere. Assueti enim virtutibus, ægrè illas discedere à se patiuntur. Victus tandem precibus, & cupiditate vitæ, qua nihil homini sanæ mentis dulcius est, adductæ sibi mulieris infusus gremio, placidum petiuit per membra soporem. Experrectus autem vehementer angebatur, & tantam vim lachrymarum effundebat, vt omnes qui aderant, illius misererentur. Quisque igitur eum solari, & vt bono animo esset, hortari, quoniam Deus clementissimus pater ei ignosceret, quia non voluptatis, sed recuperandæ sanitatis causa opus tale patrasset. At ego, inquit, istud non fleo, sed quòd tantam dulcedinem citius expertus non sum.

Hæc indicat fabula, humanam naturam adeò peccatorum illecebris delectari, vt vitiorum voluptatem facile virtutum amaritudini anteponat.

De Diuite quodam & Seruo. 30

Vir erat

VIr erat diues, seruum habens tardi ingenii, quem regem stultorum solebat nuncupare. Ille his verbis sæpius irritatus, statuit hero par referre. Semel enim in herum conuersus: Vtinam, inquit, rex stultorũ essem, in toto enim terrarum orbe nullum meo latius esset imperium, & tu quoque meo subesses imperio.

Fabula indicat, omnia plena esse stultorum.

De Vidua virum petente. 51

VIdua quædam diues à vicina petebat, vt maritum sibi inquireret, quem nõ coitus gratia, qui ingratus admodum sibi erat, sed ne bona sua dilapidarentur, exoptare se dicebat. Mulier sagax, & viduæ versutias intelligens, se inquisituram pollicetur. Paucis post diebus viduam conueniens, reperi, inquit, tibi virum ex animi tui sententia. Est enim vir prudens, & ad res gerendas natus, & genitalibus caret, quæ tibi cordi non sunt. Cui vidua, abi hinc, inquit, in malam rem cum isto marito tuo lepido, etsi enim coitus appetens non sum, volo tamen habeat, quod nos reconciliet, si quãdo cœperimus esse discordes.

Hæc fabula indicat, nullum matrimonium felix, si clauus defuerit, qui virum & mulierem arctissimè constringit.

De Canibus vrbanis villaticum insequentibus. 52

CAnes cõplures vrbani, quendam villaticum præcipiti insequebantur cursu, quamdiu ille fugit, nec repugnare ausus est. At vbi ad insequentes conuersus subsistit, & dentes ipse quoque ostendere cœpit, omnes pariter substiterunt: nec aliquis vrbanorum illi propinquare audebat. Tunc imperator exercitus, qui fortè ibi aderat, ad suos conuersus milites: Cõmilitones, inquit, hoc spectaculũ nos admonet, ne fugiamus

præsentiora fugientibus, quàm repugnantibus videamus imminere pericula.

De Anu dæmonem accusante. 33

VOlunt homines vt plurimum, quando sua culpa aliquid sibi acciderit aduersi, in fortunam vel in dæmonem culpam conferre, vt se crimine exuãt, adeò omnes sibi indulgent. Hoc dæmon ægrè ferens, cùm videret anum quandam arborem ascendentem, ex qua illam ruituram, & in se culpam collaturam præuiderat, accitis testibus dixit: Videte anum illam absque meo consilio arborem ascendentem, vnde eam casuram esse prospicio. Estote mihi testes, me ei non suasisse, vt soleata illuc ascenderet. Mox anus cecidit, & cum interrogaretur, cur soleata arborem ascendisset, dęmon, inquit, me impulit. Tunc dæmon adductis testibus, probauit id ab anu absque suo factum esse consilio.

Fabula indicat, homines minimè venia dignos, qui cum liberè peccent, fortunam vel dæmonem accusant.

De Testudine & Ranis. 34

TEstudo conspicata ranas, quæ in eodem stagno pascebantur, adeò leues, agilesque, vt facilè quolibet prosilirent, & longissimè saltarent, naturam accusabat, quòd se tardum animal, & maximo impeditum onere, procreasset, vt neque facile se mouere posset, & magna assidue mole premeretur. At vbi vidit ranas anguillarum escam fieri, & cuiuscunque vel leuissimo ictui obnoxias, aliquantulum recreata dicebat: Quanto melius est onus, quo ad omnes ictus munita sum, ferre, quàm tot mortis subire discrimina.

Hæc fabula indicat, ne ægrè feramus dona naturæ, quæ maiori nobis commodo sæpe sunt, quàm nos intelligere valeamus.

De Gli-

De Gliribus quercum eruere volentibus. 35

GLires quercum arborem glandiferam dentibus eruere destinauerant, quo paratiorem haberent cibum, ne victus gratia toties ascendere & descendere cogerentur. Sed quidam ex eis, qui ætate & vsu rerum, ac prudentia cæteros longè anteibat, eos absterruit, dicens: Si nutricem nostram nunc interficiemus, quis futuris annis, nobis ac posteris nostris alimenta præbebit.

Fabula hæc monet, virum prudentem debere non modò præsentia intueri, verùm etiam futura longè prospicere.

De Cane & Hero. 36

CAnem quidam habens, quo magis ab illo diligeretur, semper suis pascebat manibus, ligatumque soluebat. Ligari autem & verberari iubebat a seruo, vt beneficia à se, maleficia autem à seruo in illum viderentur esse collata. Ægrè autem ferens canis se assiduè ligari verberarique aufugit, & cum increparetur à domino vt ingratus, & tantorum beneficiorum immemor, qui se fugisset, à quo semper dilectus pastusq; fuisset, ligatus autem, verberatusque nunquam, respondit: Quod seruus tuo iussu facit, à te factum puto.

Hæc fabula indicat, eos malefactores habendos, qui maleficiorum causa fuere.

De Auibus Scarabeos timentibus. 37

MAgnus timor aues incesserat, ne scarabei arcu pilari eas occiderent, à quibus magnam pilarum vim in sterquilinio summo labore fabricatam audierunt. Tunc passer, nolite, inquit, expauescere. Quomodo enim pilas in nos per aera volantes iacere poterũt, cum eas per terram magno molimine vix trahant.

Hac fabula nos admonet, ne hostium opes extimescamus, quibus deesse videmus ingenium.

De Vrso & Apibus. 38

VRsus ictus ab ape, tanta ira percitus est, vt aluearia, in quibus apes mellificauerant, tota vnguibus discerperet. Tunc apes vniuersæ, cum domos suas dirui, cibaria auferri, filios necari viderent, facto impetu aculeis vrsum inuadentes, penè necauere. Qui ex earum manibus vix elapsus secum dicebat, quanto melius erat, apis vnius aculeum tolerare, quàm tot in me hostes mea iracundia concitare.

Hac fabula innuit, longe melius interdum esse, iniuriam vnius sustinere, quàm dum vnum punire volumus, multos nobis inimicos comparare.

De Aucupe & Fringilla. 39



AVceps tetenderat volucribus retia, largamq; illis in area effuderat escam, pascentes tamen aues nõ capiebat, quia sibi videbantur paucæ, quibus pastis ac

auolan-

auolantibus, aliæ paſtum adueniunt: Quas quoq; propter paucitatem capere neglexit. Hoc per totum diem ordine ſeruato, ac aliis aduenientibus, aliis abeuntibus, illo ſemper maiorem prædam expectante, tandem aduesperaſcere cœpit. Tunc auceps amiſſa ſpe multas capiendi, quum iam tempus eſſet quieſcendi, attrahens retia, vnam tantum fringillam, quæ infelix in area remanſerat, cepit.

Hæc fabula indicat, qui omnia comprehendere volunt, ſæpe pauca vix capere poſſe.

De Milite & Equo. 40

MIles equum habens optimum, emit alium nequaquam illi bonitate parem, quem multo diligentius, quàm priorem nutricabat, tunc priori ſic ait: Cur me dominus quàm te impenſius curat? quum tibi neq; pulchritudine, neq; robore, neq; velocitate comparandus ſim? Cui ille, Eſt hæc, inquit, hominum natura, vt ſemper in nouos hoſpites benigniores ſint.

Hæc fabula indicat hominum amentiam, qui noua, etiamſi deteriora ſint, ſolent veteribus anteponere.

De Sue & Cane. 41

SVs irridebat canem odoriſequũ, qui domino murmure & cauda adularetur, à quo ad artem aucupatoriam multis verberibus, auriumque vellicationibus fuerat inſtructus. Cui canis: Neſcis, inquit, inſane, neſcis, quæ ex verberibus illis ſim conſecutus? per ea enim ſuauiſſimis perdicum, coturnicumq; carnibus veſcor.

Hæc fabula nos monet, ne iniquo feramus animo præceptorum verbera, quæ multorum bonorum cauſa eſſe conſueuere.

De Trabe boum pigritiam increpante. 42

TRabs, quæ curru vehebatur, boues vt lentulos increpabat, dicens: currite pigri, onus enim leue portatis. Cui boues, irrides nos, responderunt, ignara quæ te pœna maneat: onus hoc nos citò deponemus, tuum autem tu quoad rumparis, sustinere cogeris. Indoluit trabs, nec amplius boues conuiciis lacessere ausa est.

Hæc fabula quemlibet monet, ne aliorum insultet calamitatibus, cum ipse possit maioribus subiacere.

De Carduele & Puero. 43

CArduelis auis interrogata à puero, à quo in delitiis habita, & suauibus & largis cibis nutrita fuerat, cur cauea egressa, regredi nollet: Vt meo, inquit, me arbitratu non tuo pascere possim.

Hæc fabula indicat, vitæ libertatem cunctis delitiis anteponendam.

De Scurra & Episcopo. 44

SCurra quidam Cal. Ian. ad episcopum quendam diuitem quidem, sed auarum, accedens, numisma aureum strenæ nomine petiit. Antistes insanire hominē dixit, qui crederet tantam pecuniam sibi in strenam dari. Tunc scurra nummū argenteum efflagitare cœpit. Sed cum ille hoc quoq; nimium sibi videri diceret, æreum quadrantē vt saltem sibi traderet, orabat. Sed cum ne hunc quoque posset ab episcopo extorquere: Reuerende, inquit, pater, saltem benedictione tua me pro strena imperti. Tunc episcopus, flecte, inquit genua, fili, vt te benedicam. At ego, inquit scurra, benedictionem istam tuam tam vilem nolo. Si enim nummū æreum valeret, eam mihi nunq̄ profecto concederes.

Hæc

Hæc fabula contra eos episcopos & sacerdotes conficta est, qui diuitias & opes pluris faciunt, quàm cuncta Ecclesiæ sacra atque mysteria.

De Vpupa indigne honorata. 45

INuitatæ ferè omnes aues ad aquilæ nuptias, indignè ferebant vpupam cæteris præferri, quia corona insignis esset, & versicoloribus pennis ornata, cũ semper inter stercora & sordes solita esset volutari.

Hæc fabula stultitiam eorum arguit, qui in hominibus honorandis, potius vestitum, nitorem, præstantiamque formæ, quàm virtutes, moresque soleant attendere.

De Sacerdote & Pyris. 46

SAcerdos quidam gulosus extra patriam ad nuptias proficiscens, ad quas fuerat inuitatus, reperit in itinere pyrorum aceruum, quorum ne vnum quidem attigit, quamuis magna affectus fame, quin potius ea ludibrio habens, lotio consperſit. Indignabatur enim huiusmodi cibos sibi in itinere offerri, qui ad lautas accedebat epulas. Sed cum in itinere torrentem quendam ita imbribus auctum offendisset, vt sine vitæ periculo eum transire non posset, domum redire constituit. Reuertens autem ieiunus, tanta est oppressus fame, vt nisi pyra illa, quæ vrina consperserat, comesset, cum aliud non inueniret, extingueretur.

Hæc fabula monet, nihil esse contemnendum, cum nihil sit tam vile & abiectum, quod aliquando vsui esse non possit.

De Mulo & Equo. 47

MVlus conspiciens equum aureo freno, ephippioq; insignem, & purpureis opertum phaleris, rum-

pebatur inuidia, illum beatum reputans, qui continuò optimis vesceretur cibis, & decoro amiciretur ornatu, se autem præ illo infelicē, qui clitellis malè dolatis oppressus, quotidie maxima onera ferre cogeretur. At vbi vidit equum pugna redeuntē, multis affectum vulneribus, præ illius calamitate se felicem appellabat. Longè melius esse dicens, quotidiano labore durū victū quæritare, & turpiter vestiri, quàm post optimos & delicatos cibos, & tantos ornatus mortis adire discrimina.

Hac fabula monet, regibus & principibus minimè inuidendum, quia diuitiis & opibus abundent, vt cùm vitam eorum longe pluribus periculis, quàm pauperum videamus esse subiectam.

De Porco & Equo. 48

POrcus conspiciens equum bellatorem, qui cataphractus ad pugnam prodibat: Stulte, inquit, quò properas? in pugna enim fortasse morieris. Cui equus: At tibi inter lutum, sordesque impinguato; quamuis nihil dignum laude gesseris, cultellus adimet vitam: mortem verò meam comitabitur gloria.

Hac fabula innuit, honestius esse rebus præclarè gestis occumbere, quàm vitam turpiter actam protrahere.

De Coriario emente pellem vrsi à venatore nondum capti. 49

COriarius ad venatorem accedens, emit ab eo pellem vrsi, pecuniamq; pro ea protulit. Ille sibi in præsentia pellem vrsi non esse, cæterū postridie venatum profecturum, vrsoq; interfecto pellem illius ei se daturum pollicetur. Coriarius animi gratia cum venatore in syluam profectus, altissimā arborem ascendit, vt inde vrsi, venatorisq; certamen prospiceret. Venator intrepidus ad antrum, vbi vrsus latebat, profectus, immissis

missis canibus, illum exire compulit, qui euitato venatoris ictu, eum prostrauit humi. Tunc venator sciens hanc feram in cadauera non sæuire, anhelitu retento, se mortuum simulabat. Vrsus naribus admotis olfaciens, cum illum nec naso, nec corde spirantem deprehēderet, abscessit. Coriarius cum feram abesse prospiceret, ac nihil amplius adesse periculi, ex arbore se deducens, & ad venatorem, qui nondum surgere audebat, accedens, illum vt surgeret, monebat: interrogauit deinde quid ad aurem ei vrsus loquutus esset. Cui venator: Monuit me, inquit, ne deinceps vrsi pellem vendere velim, nisi eum prius ceperim.

Hæc fabula indicat, incerta pro certis non habenda.

De Heremita & Milite. 50

HEremita quidam vir sanctissimæ vitæ militē hortabatur, vt relicta seculi militia, quam absq; Dei offensa, & animę discrimine pauci exercent, tandem se corporis traderet quieti, & animæ cōsuleret saluti. Cui miles: Faciā, inquit, quod mones pater. Verum enim est, quod hoc tempore milites, neque stipendia exigere valeant, licet exigua sint, neque prædari possint.

Fabula significat, multos vitiis renunciare, quia illa amplius exercere non possunt.

De Viro & Vxore bigamis. 51

VIr quidam defuncta vxore, quam valde dilexerat, duxit alteram, & ipsam viduam, quæ assiduè & prioris mariti virtutes fortiaq; facinora obiiciebat. Cui vt par referret, ipse quoq; defunctæ vxoris mores probatissimos, pudicitiamq; insignem referebat. Quadam autem die viro irata, pauperi eleemosynam petenti, partem caponis, quem in cœnam vtrisq; coxerat, dedit, dicens: Do tibi hoc pro anima prioris viri. Quod audiens

audiens maritus, accersito paupere, reliquum caponis dedit, dicens: Et ego quoq; do tibi hoc pro anima vxoris meæ defunctæ. Sic illi, dum alter alteri nocere cupiunt, quid cœnarent tandem non habuerunt.

Hac fabula monet, non esse contra eos pugnandum, qui se optime possunt vindicare.

De Leone & Mure. 52



LEo laqueo captus in sylua, cum se ita irretitum videret, vt nullis viribus se inde posse explicare confideret, murem rogauit, vt abroso laqueo eum liberaret, promittens tanti beneficii se non immemorem futurum. Quod cum mus promptè fecisset, leonem rogauit, vt filiam eius sibi traderet in vxorẽ. Nec abnuit leo, vt benefactori suo rem gratam faceret. Noua autem nupta ad virum veniens, cum eum non videret, casu illum pede pressit, atque contriuit.

Hæc indicat fabula, matrimonia, & cætera consortia improbanda, quæ ab imparibus contrahuntur.

De Vlmo & Silere. 53

Vlmus

VLmus in ripa fluminis nata, siler sibi proximum irridebat, vt debile & inualidum, quod ad omnem vel leuissimum vndarum impetum flecteretur, suam autem firmitatem & robur magnificis extollebat verbis, quod multos annos assiduos amnis impetus inconcussa pertulerat. Semel autem maxima vndarum violentia vlmus perfracta, trahebatur ab aquis. Cui siler ridens, inquit: Cur me deseris vicina, vbi est nunc fortitudo tua?

Fabula significat, sapientiores esse, qui potentioribus secedunt, quàm qui resistere volentes turpiter superantur.

De Cera duritiam appetente. 54

CEra ingemiscebat se mollem, & cuicunq; leuissimo ictui penetrabilem procreatam. Vides autem lateres ex luto multo se molliori factos in tantam duritiam ignis calore peruenisse, vt multa perdurarent secula, se iecit in ignem, vt eandem duritiam cõsequeretur. Sed statim igne liquefacta, consumpta est.

Hac admonemur fabula, ne appetamus, quod est nobis natura denegatum.

De Agricola militiam & mercaturam affectante. 55

AGricola quidam ægrè ferebat se assiduè terram voluere, nec perpetuis laboribus ad magnas diuitias peruenire, cum nonnullos videret milites, qui actis præliis, ita rem auxerant, vt bene induti incederent, & lautis epulis nutriti, beatam agerent vitam. Venditis igitur ouibus, capris, ac bobus, equos emit & arma, & in militiam profectus est. Vbi quum ab imperatore suo malè pugnatum esset, non solum quæ habebat perdidit, sed etiam pluribus vulneribus affectus est. Quare damnata militia, mercaturam exercere statuit, vt vbi maius lucrum, & minorẽ laborem æstimabat. Prædiis

igitur venditis, cùm nauem mercibus impleuisset, nauigare cœperat, sed quum in alto esset, tempestate subitò coorta nauis submersa est, & ipse cum cæteris qui in ea erant, ad vnum omnes periere.

Hac fabula monet, quemlibet debere sua sorte esse contentum, cum vbique sit parata miseria.

De Asino & Scurra. 56

ASinus indignè ferens scurram quendã honorari, & pulchris vestibus amiciri, quia magnos ventris edebat sonos, ad magistratus accessit, petens ne se minus quàm scurram honorare vellent. Et quum magistratus admirãtes eum interrogarent, cur se ita honore dignum duceret, inquit, quia maiores quam scurra crepitus ventris emitto, eosque absque fœtore.

Hac fabula eos arguit, qui in rebus leuissimis suas pecunias profundunt.

De Amne suum fontem conuiciis lacessente. 57

AMnis quidam suum conuiciis fontem lacessebat, vt inertem, quòd immobilis staret, nec vllos haberet pisces, se autem plurimum commendabat, quòd optimos crearet pisces, & per valles blando murmure serperet. Indignatus fons in amnem velut ingratum, vndas repressit. Tunc amnis & piscibus & dulci sono priuatus euanuit.

Hac fabula eos notat, qui bona, quæ agunt, sibi arrogant, non Deo attribuunt, à quo largo fonte nostra bona procedunt.

De Viro maligno & Dæmone. 58

VIr malignus quum plurima perpetrasset scelera, & sæpius captus, & carcere conclusus arctissima & per-

& peruigili custodia teneretur, dæmonis auxilium implorabat, qui sæpenumero illi affuit, & è multis eum periculis liberauit. Tandem iterum deprehenso, & solitum auxilium imploranti, dæmon magnum calceorum pertusorum fascem super humeros habens apparuit, dicens: Amice, amplius tibi auxilio esse non possum, tot enim loca pro te liberando hactenus peragraui, vt hos omnes calceos contriuerim. Nulla mihi superest pecunia, qua alios valeam comparare. Quare pereundum est tibi.

Hæc admonet fabula, ne existimemus nostra semper impunita fore peccata.

De Auibus plures reges eligere volentibus. 59

AVes consultabant de pluribus regibus eligendis, cum aquila tantos volucrum greges sola regere non posset, fecissentq; voto satis, nisi cornicis monitu à tali consilio destitissent: quæ quum causam rogaretur, cur non plures reges duceret eligendos, quia difficilius, inquit, plures, quàm vnus saccus implentur.

Hæc fabula docet, longè melius ab vno, quàm à multis principibus gubernari.

De Muliere, quæ pro viro se mori velle dicebat. 60

MAtrona quædam admodum pudica, & viri amantissima, ægrè ferebat maritum aduersa valetudine detineri. Lamentabatur, ingemiscebat, & vt suum in virum amorem testaretur, rogabat mortem, vt si maritum sibi esset ereptura, se potius quàm illum vellet occidere. Inter hæc verba, mortem cernit horribili aspectu venientem, cuius timore perterrita, & iam sui voti pœnitens: Non sum ego, inquit, quem petis, iacet ibi in lecto, quem occisura venisti.

Hæc fabula indicat, neminem esse adeò amantem amici, qui non malit sibi benè esse, quàm alteri.

De Adolescente in funere matris canente. 61

VIr quidam defunctam vxorem, quæ ad sepulchrũ efferebatur, lachrymis & fletibus prosequebatur. Filius verò eius canebat, qui cum à patre increparetur, vt amens & insanus, qui in matris funere cantaret, cùm vnà secum mœstus esse, & flere deberet, inquit: pater mi, si sacerdotes vt canerent, conduxisti, cur mihi irasceris gratis concinenti? Cui pater: Non tuum, inquit, & sacerdotum est idem officium.

Fabula indicat, non omnia omnibus esse decora.

De Viro Zelotypo, qui vxorem dederat custodiendam. 62

VIr Zelotypus, vxorem, quam parum pudice viuere compererat, cuidam amico, cui plurimum fidebat, dederat custodiendam, ingentem pollicitus pecuniam, si eam ita diligenter obseruaret, vt nullo modo coniugalem violaret copulam. At ille vbi aliquot dies expertus, custodiam hanc nimis difficilem, & ingeniũ suum versutia mulieris vinci comperisset, ad maritum accedens dixit, se amplius nolle hanc tam duram gerere prouinciam, quandoquidem ne Argus quidem, qui totus oculeus fuit, mulierem inuitam possit custodire. Addidit præterea, si necesse sit malle se anno integro saccum plenum pulicibus quotidie in pratum deferre, solutoque sacco eos inter herbas pascere, vespereque facto, omnes domum reducere, quàm vna die impudicam mulierem seruare.

Hæc fabula indicat, nullos custodes esse tam diligentes, qui impudicas mulieres valeant custodire.

De viro

De viro clysteria recusante. 63

VIr quidam natione Germanus, diues admodum, ægrotabat, ad quem curandũ plures accesserant medici (ad mel enim cateruatim conuolant muscæ) quorum vnus inter cætera dicebat, opus esse clysteribus, si vellet conualescere. Quod cum vir huiusmodi insuetus medicinæ audiret, furore percitus, medicos domo eiici iubet, dicens: eos esse insanos, qui cùm caput sibi doleret, podici vellent mederi.

Hac fabula innuit omnia etiam salutaria insuetis & inexpertis aspera & obfutura videri.

De Asino ægrotante & Lupis visitantibus. 64

ASinus ægrotabat, famaque exierat, eum cito moriturum, ad eum igitur visendum, cum lupi canesque venissent, peterentque à filio, quomodo pater eius se haberet. Ille per ostii rimulam respondit: Melius quam velletis.

Hac indicat fabula, quòd multi fingunt molestè ferre mortem aliorum, quos tamen cupiunt celeriter interire.

De Muliere & Nuce. 65

MVlier quædam interrogabat nucem secus viam natam, quæ à prætereunte populo saxis impetebatur, quare esset ita amens, vt quo pluribus maioribusque verberibus cæderetur, eo plures præstantioresque fructus procrearet. Cui iuglans: Es ne, inquit, prouerbii immemor ita dicentis:

Nux, asinus, mulier simili sunt lege ligati,
Hæc tria nil rectè faciunt, si verbera cessent.

Hac fabula innuit, sæpe homines propriis iaculis solere se confodere.

De Asino laborum finem non inueniente. 66

Asinus hyberno tempore plurimum angebatur, quod nimio afficeretur frigore, & durum palearum haberet victum. Quare vernam temperiem, & teneras herbas optabat. Sed cum ver aduenisset, cogereturq; à domino, qui figulus erat, argillam in aream, & ligna in fornacem, indeq; lateres, imbrices, tegulas ad diuersa loca deferre, pertæsus veris, in quo tot labores tolerabat, æstatem omnibus votis expetebat, vt dominus messe impeditus eum quiescere pateretur. Sed tunc quoque cùm messes in aream, & inde domum triticum ferre cõpelleretur, nec quieti locus sibi esset, autumnum saltem laborum finem fore sperabat: Sed vbi ne tunc quoque malorum terminum adesse cernebat. cùm quotidie vinum, poma, ligna portanda essent rursus hyemis niues & glaciem efflagitabat, vt nunc saltem aliqua sibi requies à tantis laboribus concederetur.

Hæc fabula indicat, nullas esse præsentis vitæ tempora, quæ non perpetuis sint subiecta laboribus.

De Mure, quæ cum Fele amicitiam contrahere volebat. 67

Mvres complures in cauo parietis commorantes contemplabantur felem, quæ in tabulato capite demisso, & tristi vultu recumbebat. Tunc vnus ex eis, hoc animal, inquit, benignum admodum & mite videtur. Vultu enim ipso sanctimoniam quandam præfert, volo ipsum alloqui, & cum eo indissolubilem nectere amicitiam. Quæ cùm dixisset & propius accessisset, à fele captus, & dilaceratus est. Tunc cæteri hæc videntes, secum dicebant: Non est profectò, non est vultui temere credendum.

Hæc fabula innuit, non ex vultu, sed ex operibus homines iudicandos, cum sub ouili pelle sæpe atroces lupi delitescant.

De Asino

De Asino, qui hero ingrato seruierat. 68

ASinus, qui viro cuidam ingrato multos annos inoffenso pede seruierat, semel, vt fit, dum sarcina pressus esset graui, & salebrosa incedit via, sub onere ceciderat. Tunc dominus implacabilis multis verberibus surgere cōpellebat, pigrum animal & ignauū nuncupans. At ille miser inter verbera hæc secum dicebat: Infelix ego, quàm ingratum sortitus sum herum, Nam quamuis ei multo tempore sine offensa seruierim, tamen non hoc vnum delictum tot meis pristinis beneficiis compensat.

Hæc fabula in eos conficta est, qui beneficiorum sibi collatorum immemores, etiam minimam benefacto, is sui ipse offensam atroci pœna prosequuntur.

De Lupo suadente histrici, vt tela deponeret. 69

LVpus esuriens in histricem intenderat animum, quem tamen quia sagittis vndiq; munitus erat, inuadere non audebat. Excogitata autem eum perdendi astutia, illi suadere cœpit, ne pacis tempore tantum telorum onus tergore portaret, quandoquidem ne alii quidem sagittarii, nisi cum prælii tempus instaret, portarent. Cui histrix: aduersum lupum, inquit, semper præliandi tempus esse credendum esse.

Hæc fabula innuit, virum sapientem oportere aduersus inimicorum & hostium fraudes semper esse munitum.

De Mure liberante Miluum. 70

MVs conspicatus miluum laqueo aucupis implicitum, misertus est aui, quamuis sibi inimicæ abrosisque dente vinculis, euolandi viam fecit. Miluus tanti immemor beneficii, vbi se solutum vidit, murem

nil tale suspicantem corripiens, vnguibus & rostro la-
cerauit.

Fabula indicat, malignos viros huiusmodi gratias sui benefactoribus solere rependere.

De Cochlea petente ab Ioue, vt suam domum secum ferre posset. 71

CVm Iupiter ab exordio mundi singulis animalibus munera, quæ petiissent, elargiretur, cochlea ab eo petiit, vt domum suam posset circumferre. Interrogata à Ioue, quare tale ab eo munus exposceret, quod illi graue & molestum futurum erat. Malo, inquit, tum graue onus perpetuò ferre, quàm, cum mihi libuerit, malum vicinum non posse vitare.

Fabula indicat, malorum vicinitatem omni incommodo fugiendam.

De Erinaceo Viperam hospitem eiiciente. 72

ERinacius hyemem aduentare præsentiens, blandè viperam rogauit, vt in propria illius cauerna aduersus vim frigoris locum sibi concederet. Quod cum illa fecisset, erinacius huc illuc se prouoluēs spinarum acumine viperam pungebat, & vehementi dolore torquebat. Illa malè secum actum videns, quando erinacium suscepit hospitio, blandis eum verbis vt exiret, orabat, quandoquidem locus ambobus esset angustus. Cui erinacius: Exeat, inquit, qui hic manere non potest. Quare vipera sentiens sibi locum ibi non esse, illi cessit hospitio.

Fabula indicat, eos in consortia non admittendos, qui nos possint eiicere.

De Lepore sese vulpi præferente, ob pedum velocitatem. 73

Lepus

LEpus sese dignum reputabat, qui vulpi præferretur, quoniam longe illam pedum pernicitate superabat. Tunc vulpes: At ego, inquit, ingenium sum sortita præstantius, quo sæpius, quam tu pernicitate tua canes eludo.

Hæc indicat fabula, corporis velocitatem & vires ab ingenio longè superari.

De Sene ob impotentiam libidinem carnis relinquente. 74

VIr quidam sanctitate præditus singulari, senem quendam admonebat, vt tandem vitium libidinis dimitteret, cui vehementer insudarat. Cui senex: Obtemperabo, inquit, pater sancte, sanctissimis optimisq; admonitionibus tuis. Nam vsum Veneris admodum mihi obesse sentio. & virga amplius non arrigitur.

Fabula indicat, multos non amore virtutis & Dei, sed timore pœnæ & impotentia consuetis vitiis solere desistere.

De Agricola & Poeta. 75

AGricola quidam ad poetam accedens, cuius agros colebat, cum eum inter libros solum offendisset, interrogauit eum, quo pacto ita solus viuere posset. Cui ille: Solus, inquit, tantum esse cœpi, postquam te huc contulisti.

Hæc indicat fabula, eruditos viros, qui doctissimorum virorum turba continuè stipantur, tunc solos esse, cum inter illiteratos homines fuerint.

De Lupo ouis pelle induto, qui gregem deuorabat. 76

LVpus ouis pelle indutus, ouium se immiscuit gregi, quotidieque aliquam ex eis occidebat. Quod

cum pastor animaduertisset, illum in altissima arbore suspendit. Interrogantibus autem cæteris pastoribus, cur ouem suspendisset, aiebat: Pellis quidem (vt videtis) est ouis, opera autem erant lupi.

Hæc indicat fabula, homines non ex habitu, sed ex operibus iudicandos, quoniam multi sub vestimentis ouium lupina faciunt opera.

De Patre filium ad virtutes frustra hortante. 77

PAter quidam filium vitiis deditum, multis hortabatur verbis, vt derelicta vitiorum via, virtutibus inuigilaret, quæ ei laudem & decus erant pariturae. Cui filius: Frustra, inquit, pater ad hæc facienda hortaris. Multos enim prædicatores (vt aiunt) audiui, qui longè te melius ad virtutum hortabantur viam, nunquam tamen eorum admonitionibus obsecutus sum.

Fabula indicat, viros malignæ naturæ, nullius hortatu à vitiis velle desistere.

De Cane oues domini sui occidente, à quo suspensus est. 78

PAstor quidam cani oues suas dederat custodiendas optimis illum pascens cibis. At ille sæpe aliquam ouem occidebat. Quod cum pastor animaduertisset, canem capiens, eum volebat occidere. Cui canis: Quid me, inquit, perdere cupis, sum vnus ex domesticis tuis, interfice potius lupum, qui continue tuo insidiatur ouili. Imò, inquit, pastor, te, quam lupum morte dignũ magis puto. Ille enim palam se meum hostem profitetur, tu vero sub amicitiæ specie quotidie meum imminuis gregem.

Hæc innuit fabula, longe magis puniendos, qui sub amicitiæ specie nos lædunt, quàm qui apertè se nostros inimicos profitentur.

De Ariete cum Tauro pugnante. 79

ARies quidam inter lanigeros greges, erat tanta cornuum, & capitis firmitate, vt cæteros arietes statim facileque superaret. Quare cum nullum amplius arietem inueniret, qui occursanti sibi auderet obsistere, crebris elatus victoriis, taurum ausus est ad certamen prouocare. Sed primo congressu, cum in taurinam frontem arietasset, tam atroci ictu repercussus est vt ferè moriens hæc diceret: Stultus ego, quid egi? cur tam potentem aduersarium ausus sum lacessere, cui me imparem creauit natura?

Fabula indicat, cum potentioribus non esse decertandum.

De Vidua & Asino viridi. 80

VIdua quædam cœlibatum exosa, nubere cupiebat, sed non audebat, verita vulgi irrisiones, qui maledictis eas solet incessere, quæ ad secundas transeunt nuptias. Sed commater eius, quàm contemnendæ essent populi voces, hac arte monstrauit. Iussit enim asinum album, quem vidua habebat, viridi colore depingi, & per omnes vrbis vicos circũduci. Quod dum fieret, tanta admiratio ab initio omnes inualeràt, vt non solum pueri, verum etiam senes hac re insolita moti, asinum animi gratia concomitarentur. Deinde cum huiusmodi animal quotidie per vrbem duceretur, desierunt admirari. Itidem, inquit ad viduam commater, eueniet tibi: si enim virum acceperis, per aliquot dies eris fabula vulgi, deinde hic sermo conticescet.

Hæc fabula indicat, nullam rem esse tanta dignam admiratione, quæ diuturnitate temporis, non desinat esse miraculum.

De Aquila filios Cuniculi rapiente. 81

AQuila in altissima arbore nidulata, catulos cuniculi, qui longè inde pascebantur, in escam pullorum suorum rapuerat. Quam cuniculus blandis orabat verbis, vt suos sibi filios restituere dignaretur. At illa cum vt pusillum & terrestre animal, & ad sibi nocendum impotens arbitrata, eos in conspectu matris vnguibus dilacerare, & pullis suis epulandos apponere non dubitauit. Tunc cuniculus filiorum morte commotus, hanc iniuriam minimè impunitam abire permisit: arborem enim, quæ nidum sustinebat, radicitus effodit. Quæ leui impulsu ventorum procidens, pullos aquilæ adhuc implumes, & inuolucres in humum deiecit, qui a feris depasti, magnum doloris solatium cuniculo præbuerunt.

Hæc fabula indicat, neminem potentia sua fretum, debere imbecilliores despicere, cum aliquando infirmiores potentiorum iniurias vlciscantur.

De Lupo pisce fluuii, maris regnum affectante. 82

LVpus piscis erat in amne quodam, qui pulchritudine, magnitudine, ac robore, cæteros eiusdem fluminis pisces excedebat. Vnde cuncti eum admirabantur, & tanquam regem præcipuo prosequebantur honore. Quare in superbiam elatus, maiorem principatum cœpit appetere. Relicto igitur amne, in quo multos annos regnauerat, ingressus est mare, vt eius regnum sibi vendicaret. Sed offendens delphinum miræ magnitudinis, qui in illo regnabat, ita ab illo insectatus est, vt aufugiens vix amnis ostium ingrederetur, vnde amplius non est ausus exire.

Hæc fabula nos admonet, vt rebus nostris contenti, ea non appetamus, quæ nostris viribus sunt longè maiora.

De Que

De Oue pastori conuiciante. 83

OVis conuiciabatur pastori, quod non contentus lacte, quod in vsum suum, filiorumq; ab ea mulgebat, insuper vellere illam denudaret. Tunc pastor iratus, filium eius trahebat ad mortem. Ecquid, inquit ouis, peius mihi facere potes? Vt te, inquit, occidam, & lupis canibusque proiiciam deuorandam. Siluit ouis maiora adhuc mala formidans.

Hæc fabula indicat, non debere homines in Deum excandescere, si diuitias, si filios ipsis permittat auferri, cum etiam maiora, & viuentibus & mortuis, possit inferre supplicia.

De Auriga & Rota currus stridente. 84

AVriga interrogabat currum, quare rota, quæ erat deterior, strideret, cum cæteræ idem non facerēt. Cuius currus: Ægroti, inquit, semper morosi, & queruli esse consueuerunt.

Hæc indicat fabula, mala solere homines ad querimoniam semper impellere.

De Viro amicos experiri volente. 85

VIr quidam diues admodum & liberalis, magnam habebat amicorum copiam, quos ad cœnam sæpissime inuitabat, ad quem libentissime accedebant. Volens autem experiri, an in laboribus & periculis sibi fideles essent, omnes pariter conuocauit, dicens, obortos sibi inimicos, ad quos perdēdos ire statueret. Quare correptis armis secum irent, vt illatas sibi vlciscerentur iniurias. Tunc omnes, præter duos, sese excusare cœperunt. Cæteris igitur repudiatis, illos duos tantum in amicorum numero habuit, quos deinde singulari amore prosequutus est.

Hæc indicat fabula, aduersam fortunam amicitiæ experimentum esse quàm optimum.

De Vulpe carnem leporis cani laudante. 86

VVlpes cum fugaretur à cane, & iamiam esset capienda; nec vllam aliam euadendi viam inuenire se posse cognosceret: Quid me, inquit, ò canis, perdere cupis, cuius caro tibi vsui esse non potest? Cape potius leporem illum (non procul enim lepus aberat) cuius carnem suauissimam mortales esse commemorãt. Canis igitur motus consilio vulpis, omissa vulpe leporem insecutus est, quem tamen ob incredibilem eius velocitatem capere non potuit. Paucis post diebus lepus conueniens vulpem, vehementer eam accusabat (verba enim eius audiuerat) quod se cani demonstrasset. Cui vulpes: Quid me accusas lepus, quæ te tantopere laudaui? Quid diceres, si te vituperassem?

Hæc indicat fabula, multos mortales sub laudationis specie alius perniciem machinari.

De Lepore calliditatem, & Vulpe celeritatem à Ioue petentibus. 87

LEpus & vulpes à Ioue petebant: hæc vt calliditati suæ pedum celeritatem: ille vt velocitati suæ calliditatem adiungeret, quibus Iupiter ita respondit: Ab origine mundi è sinu nostro liberalissimo singulis animantibus sua munera sumus elargiti. Vni autem omnia dedisse, aliorum fuisset iniuria.

Hæc innuit fabula, Deum singulis sua munera ita esse æquali lance largitum, vt quisque esse debeat sua sorte contentus.

De Equo inculto, sed veloci, & cæteris eum irridentibus. 88

Equi

EQui complures ad Circenſes ludos fuerant adducti, pulcherrimis phaleris ornati, præter vnum, quem cæteri vt incultum, & ad huiuſmodi certamen ineptum irridebant, nec vnquam victorem futurum opinabantur. Sed vbi currendi tempus aduenit, & dato tuba ſigno, cuncti è carceribus exiliere, tum demum innotuit, quanto hic paulo ante irriſus, cæteros velocitate ſuperaret. Omnibus enim aliis poſt ſe longo interuallo relictis, palmam aſſecutus eſt.

Fabula indicat, non ex habitu, ſed ex virtute homines iudicandos.

De Ruſtico per vocem hœdi ad Iuriſconſultum admiſſo. 89

RVſticus quidã graui lite implicitus, ad quendam iuriſconſultum acceſſerat, vt eo patrono ſeſe explicaret. At ille aliis negociis impeditus, renunciare iubet, ſe non poſſe nunc illi vacare. Quare abiret, alias rediturus. Ruſticus qui huic vt veteri, fidoque amico plurimum fidebat, pluries rediens nunquam admiſſus eſt. Tandem hœdum adhuc lactantem & pinguem ſecum deferens, ante ædes Iuriſperiti ſtabat, & hœdum vellicans illum balare cogebat. Ianitor, qui ex præcepto heri dona portantes ſtatim admittere ſolebat, audita hœdi voce, ianuam ilico aperiens, hominem introire iubet. Tunc ruſticus ad hœdum conuerſus, gratias, inquit, ago hœdule mi, qui tam faciles mihi has effeciſti fores.

Fabula indicat, nullas res tam duras difficileſque eſſe, quas munera non aperiant.

De Adoleſcente ex coitu infirmo, & Lupo. 90

ADoleſcens quidam vxorem duxerat, & ipſam quoq; adoleſcentulam, formoſam admodum, &

libidinosam, cuius effrenæ libidini dum satisfacere cupit, ita lumbos exhausit, vt pauci diebus macilentus fieret, & mortuo magis quam viuo similis videretur. Non ingredi, non stare, non aliquod opus facere poterat. Vt senex quidam apricatione gaudebat. Dum ergo in aprico stans loco, calore solis sese calefaceret, accidit, vt venatores, qui lupum fuerant insectati, illac iter haberent, quos cum adolescens interrogaret, cur lupum non cœpissent: ob incredibilem, inquiunt, illius velocitatem, illum assequi non potuimus. Tunc ait adolescens: Vxorem profecto hic lupus habere non debet, si enim vxori iunctus esset, nunquam tanta pedum pernicitate polleret.

Hac indicat fabula, neminem esse adeò robustum & fortem, quem nimius veneris vsus non infirmum & debilem reddat.

De Sene iuuenem poma sibi surripientem saxis deiiciente. 91

SEnex quidam iuuenem sibi poma surripientē, blandis orabat verbis, vt ex arbore descenderet, nec res suas vellet auferre. Sed cum incassum verba funderet, iuuene eius ætatem ac verba contemnente, non in verbis tantum, inquit, verumetiam in herbis audio esse virtutem. Herbas igitur vellere, & in illum iacere cœpit. Quod iuuenis conspicatus in vehementem risum effusus est, & senem delirare arbitrabatur, qui crederet eum ex arbore herbis posse depellere. Tunc senex omnia experiri cupiens, quando, inquit, verborum & herbarū vires aduersus raptorem mearum nullæ sunt, lapidibus agam, in quibus quoq; dicunt esse virtutē, lapidesque, quibus gremium impleuerat, in iuuenem iaciens, illum descendere & abire coegit.

Hæc fabula indicat, omnia prius sapienti tentanda, quàm ad armorum confugiatur auxilium.

De Lu-

De Luſcinia cantum accipitri pro vita pollicente. 92

LVſcinia ab accipitre famelico comprehenſa, cum ſe ab eo deuorandam intelligeret, blandè eum rogabat, vt ſe dimitteret, pollicita pro tanto beneficio ingentem mercedem ſeſe relaturam. Cum autem accipiter eam interrogaret, quid gratiæ ſibi referre poſſet: Aures, inquit, tuas, mellifluis cantibus demulcebo. At ego, inquit, accipiter, malo mihi ventrem demulceas, ſine tuis n. cantibus viuere, ſine cibo vero non poſſum.

Hac fabula innuit, vtilia iucundis anteponenda.

De Leone Porcum ſibi ſocium eligente. 93

LEo cum ſocios aſciſcere ſibi vellet, multaque animalia ſeſe illi adiungere optarent, idque precibus & votis expoſcerent, cæteris ſpretis, cum porco ſolum ſocietatem voluit inire, rogatus autem cauſam, reſpondit: Quia hoc animal adeò fidum eſt, vt amicos & ſocios in nullo quantumuis magno diſcrimine vnquam relinquat.

Hac fabula docet, eorum amicitiam appetendam, qui aduerſitatis tempore à præſtando auxilio non referunt pedem.

De Culice cibum & hoſpitium ab Ape petente. 94

CVlex hyberno tempore, cum & fame & frigore ſe periturum coniiceret, ad apium acceſſit aluearia, ab eis cibum & hoſpitium petens. Quæ ſi ab eis fuiſſet conſecutus, promittebat filios earum ſe artem muſicam edocturum. Tunc quædam apis, at ego, inquit, artem meam malo liberi mei diſcant, quæ eos à famis & frigoris periculo eximere poterit.


Fabula nos admonet, vt liberos nostros his artibus erudiamus, quæ eos ab inopia valeant vendicare.

De Asino tubicine & Lepore tabellario. 95

LEo rex quadrupedum aduersus volucres pugnaturus, suorum acies instruebat. Interrogatus autem ab vrso, quid ei asini inertia, aut leporis timiditas ad victoriam conferre possent, quos ibi inter cæteros milites adesse cernebat, respondit: Asinus tubæ suæ clangore milites ad pugnam concitabit, lepus verò ob pedum celeritatem, tabellarii fungetur officio.

Fabula significat, neminem adeo contemptibilem, qui aliqua re nobis prodesse non possit.

De Accipitribus inter se inimicis, quos columbæ pacauerant. 96



ACcipitres inuicem inimici, quotidie decertabant, suisque odiis occupati, alias aues minimè infestabant. Columbæ eorum vicem dolentes, eos missis legatis, composuere. Sed illi, vbi inter se amici effecti

sunt,

sunt; cæteras aues imbecilliores & maximè columbas vexare, & occidere non desinebãt. Tunc secum columbæ: quàm vtilior accipitrum discordia, quàm concordia nobis erat?

Hæc monet fabula, mullorum inter se ciuium odia alenda potius, quàm extinguenda, vt dum inter se digladiantur, viros bonos quieto viuere permittant.

De Muliere ignem in mariti domum ferente. 97

VIr quidam prudens vxorem ducebat. Interrogatus autem ab amicis, quid sibi vellet facula illa, quã noua nupta accensam à paterna domo effert, rursusq; mariti domum ingressura accendit, & introfert, Significat, inquit, me hodie ignem è soceri mei ædibus ablatum, in domum meam inferre.

Fabula significat, sæpenumero mulieres ignem quendam esse, qui mariti bona comburit.

De Prætore repetundarum damnato. 98

PRætor, qui prouinciam, cui præfuerat, expilauerat, repetundarum accusatus fuerat. Cumque ægrè ablata restitueret, dicebat quidam è prouincialibus: hic noster Prætor mulieres imitatur, quæ fœtus concipientes mira voluptate afficiuntur, cùm autem eos emittunt, incredibili dolore torquentur.

Fabula significat, aliena non esse surripienda, ne illa deponere coacti, mœrore conficiamur.

De Sene mortem differre volente. 99

SEnex quidam mortem, quæ eum è vita raptura aduenerat, rogabat, vt paululum differret, dum testamentum conderet, & cætera ad tantum iter necessaria præpararet. Cui mors, cur non, inquit, hactenus præparast



rasti toties à me admonitus? Et quum ille eam nunquam à se visam amplius diceret: Quum, inquit, non æquales tuos modò, quorum nulli ferè iam restant, verum etiam iuuenes, pueros, infantes quotidie rapiebam, non te admonebam mortalitatis tuæ? Cum oculos hebescere, auditum minui, cæterosque sensus indies deficere, corpus ingrauescere sentiebas, nonne tibi me propinquam esse dicebam? & te admonitum negas? Quare vlterius differendum non est.

Hæc fabula indicat, ita viuendum, quasi mortem semper adesse cernamus.

De Viro auaro sacculum numorum alloquente. 100

VIr quidam auarus, qui ingentem aureorum aceruum male partum relicturus moriebatur, interrogabat sacculum nummorum, quem morienti sibi iusserat afferri, quibus voluptatem esset allaturus. Cui sacculus, hæredibus, inquit, tuis, qui nummos à te tanto sudore quæsitos, in scortis & conuiuiis profundent, & dæmonibus, qui animam tuam æternis suppliciis mancipabunt.

Hæc

Hæc indicat fabula, stultissimum esse in his laborare, quæ aliis gaudium, nobis autem sint allatura tormentum.

De Diuite petente à fortuna, ne plures sibi daret diuitias. 101

VIr quidam admodum diuitiarum & opum suarum pertæsus, medico homini centum aureos obtulerat, si ad fortunam suam accedens, quæ in remotis orbis partibus morabatur, eam nomine suo rogaret, ne plures diuitias sibi concederet. Pauper longo itineris labore deterritus, primò abnuit. Sed quum deinde cõsilii pœnitens se iturum polliceretur, diues non plus quàm nonaginta dare velle se dixit. Pauper hanc paruam tanti laboris mercedem ratus, renuit primò, sed quum paulo post nonaginta peteret, diues vix vt octoginta daret, poterat adduci. Sed quum mendicus hunc quoque numerum recusaret, postea vellet, semper diues ex numero oblato decem detrahebat, donec ad denarium numerum peruenisset. Mendicus tandem qui centum recusarat aureos, inopia vrgente, aureis decem acceptis, ad fortunam se contulit, multis eam rogans precibus, ne in diuitem plures vellet conferre diuitias, quæ illi molestæ & graues admodum erant. Sed in se potius vellet esse benigna, qui à teneris annis in perpetua vixerat inopia. Tunc fortuna, constitui, inquit, diuiti illi, qui te misit, etiam nolenti duplicare, imo triplicare diuitias. Te autem in summa mendicitate perpetuò viuere faciam. Decem autem, quos accepisti aureos, nunquam habuisses, nisi tunc arctissimus me oppressisset somnus.

Fabula indicat, fortunam infelici homini semper aduersam, fortunato autem etiam nolenti semper esse propitiam.

De Vidua, quæ operarium suum sibi coniugio copulauit. 102

VIdua quædam conquerebatur cum operario, quē ad fodiendum agrum conduxerat, quod omni auxilio destituta, non posset & viri & mulieris pariter officium sustinere. Tunc operarius eam exhortari cœpit, vt virum acciperet, qui bonam magnamq; partem oneris ei demeret, pollicitusq; est, se eā sibi matrimonio copulaturum, si eum tali officio idoneum iudicaret. Tum mulier non vlterius cunctandum rata, cum hunc ad opus maritale admodum aptum arbitraretur, fac, inquit, quicquid vis, deinde (erat enim hora prandii) comedemus. Operarius & huiusmodi confabulatione, & viduæ forma ad venerem incitatus, Syluano auspice matrimonium consummauit, proque agro viduam fodere cœpit.

Fabula indicat, quàm facilè humanæ mentes venerea voluptate capiantur.

De Viro deflente vxorem mortuam, 103

VIr quidam pauper defunctæ vxoris mortem multis lachrymis & querelis prosequebatur, se miserum & infelicem vocitans, qui tam probæ mulieris esset consortio destitutus, vtq; suum in vxorem testaretur amorem, dicebat in morem turturis compare priuati, in perpetuo cœlibatu velle permanere. Inter lamentandum autem cernens, quod mulieres, quæ ad curandum funus conuenerant, veste nimium sumptuosa defunctam induere volebant. Quid facitis, inquit, stultæ? Cur tam preciosam vestem perdere vultis? quid alia vxor, quam ducturus sum, feret? Tunc omnes, qui aderant, inter luctus & lachrymas vix risum poterant continere. Qui enim paulò antè cœlibem vitam agere velle se dixerat, nunc de alia vxore cœperat cogitare.

Fabula hæc indicat, difficile esse animi ægritudinem verborum simulatione celare.

De Sa-

De Sacerdote, qui quinque Vestales prægnantes fecerat. 104

SAcerdos quidam spectatæ admodum vitæ, ab episcopo venerabili viro, monasterium custodiendum curandumque acceperat, in quo quinq; mulieres Deo dicatæ, iuuenes, sed non multum pudicæ erant inclusæ. Sed quoniam mentes quoque ferreæ libidine superantur: infelix vir non cogitans, cui faceret iniuriam, illarum forma ac illecebris delinitus, intra anni circulum quinque ex illis filios procreauit. Quod cum antistes audisset, iratus & furore succensus, accersitum ad se sacerdotem vehementer increpuit, perfidum & sacrilegum hominem nuncupās, qui templum spiritus sancti esset ausus violare. At ille rubore suffusus, quum se aliter defendere nesciret: Domine, inquit, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Quo dicto tam faceto permotus episcopus, homini veniam dedit.

Fabula indicat, peccata quum ratione nequeant, vrbanitate diluenda.

De Episcopo, qui Sacerdoti ignouerat, nummos armatos afferenti. 105

EPiscopus quidā pecuniæ, quàm salutis animæ cupidior, sacerdotem quendam, qui grauissimum quoddam scelus perpetrarat, condemnare decreuerat. At ille, cui præsulis sui erat auaritia nota, lancem aureis plenam, quibus imago regis armati erat impressa, episcopo dono dedit. Tunc antistes, constitueram, inquit, te omnino perdere. Sed quis posset tot armis obsistere? Inuitus te cogor absoluere.

Fabula indicat, nullum scelus esse tam deforme, quod vir auarus pecuniæ magnitudine non condonet.

De Psittaco admirante, cur maior honor alibi, quàm in patria sibi exhiberetur. 106

PSittacus ex oriente in occidentem delatus, vbi huiusmodi aues nasci non consueuerunt, admirabatur sese in maiori precio & honore haberi, quàm in natali consueuisset solo: Nam caueam eburneam, argenteis contextam virgis incolebat, suauissimisque alebatur cibis, quód cæteris auibus occidentalibus, quæ neque in forma, neque exprimendis humanis vocibus erant inferiores, non contingebat. Tunc turtur in eadem cauea conclusus, hoc, inquit, nulla est admiratione dignum. Nulli enim in patria meritus honor exhiberi solet.

De Aquila in pulchritudine se cæteris auibus præferente. 107

AQuila se in pulchritudine cæteris auibus præferebat, cunctis hoc verum esse affirmantibus. Pauo autem secum dicebat: Non pennæ te formosam, sed rostrum & vngues efficiunt, quorum timore nulla ex nobis audet tecum de formositate certare.

Fabula indicat, à multis res potentiorum non tam veritate quàm timore laudari.

De Testudine ab Aquila in altum sublata. 108

TEstudo ægre ferens se in locis humidis, & conuallibus assiduè commorari, Aquilam rogauit, quam audiuerat ita alte volare, vt maximos terrarum tractus posset longe & late despicere, vt se in altum tolleret, vnde ipsa quoque montes & valles, campos & æquora eodem temporis momento, posset intueri.



Quod quum aquila promptè fecisset, eam ex alto demisit, vnde cadens humi illisa & confracta est.

Fabula monet, ne quis se altius extollere velit, quàm eius conditio aut natura patiatur.

De Cane aduersus lupum asino non opitulante, quia sibi panem non dederat. 109

CAnis molossus non modò ad lupos sed etiam ad vrsos expugnandos validus, cum asino, qui saccum panibus plenum ferebat, longum iter fuerat ingressus. Inter eundum autem oborta fame, asinus pratum offendens, large ventrem virentibus herbis impleuit. Canis autem asinum rogabat, vt aliquantulum panis sibi daret, ne periret inedia. At ille non solum panem non dabat, sed canem irridens, illi vt secum herbas pasceret, consulebat. Interim lupum aduenientem asinus conspicatus, canem rogabat, vt sibi esset auxilio Cui canis: Tu mihi, inquit, consuluisti, vt aduersus famem herbas pascerem, ego quoque tibi consulo, vt te aduersus lupum ferratis calcibus tuearis.

Hæc quum dixiſſet, abiens ingratum comitem, & raptoris ſui mox cibum futurum in pugna deſeruit.

Fabula indicat, qui indigentibus expetita non præſtat auxilia, ab aliis quoque neceſſitatis tempore ſolere destitui.

De Paupere flente ruinam domus, vbi theſaurum inuenit. 110

VIr quidam pauper nihil habebat, præter domum ruinam minantem, tibicinibuſq; ſuffultam, quam ab agro rediens quum ruentem offendiſſet, nec haberet vnde eam reficeret, vehementer angebatur, magnoq; eiulatu & clamore cuncta complebat. Inter lamentandum autem cernit vrnulam æneam, quæ multos iam annos in pariete obſtruſa latuerat, inter rudera & ſaxa iacentem, quam cum ſuſtuliſſet, apertamque aureis plenam inueniſſet, eiulatu & clamore compreſſis vehementi gaudio affectus eſt.

Fabula indicat, ſæpenumero id nobis vtile eſſe, quod damnoſum putabamus.

De Vulpe orante foramen domus, modo dilatari, modo contrahi. 111

VVlpes ingreſſura domum ruſtici, vbi gallinas audierat, foramen per quod tranſeundum erat, dilatari cupiebat: Sed rurſus quum raptam gallinam ferens inde fugeret, & latratum canis audiret, deos precabatur, vt cani foramen eſſet anguſtum, ne inde poſſet exire.

Fabula indicat, mortales pro commodis ſuis vota mutare.

De Olea tardè, & Cucurbita citò creſcentibus. 112

OLea admirabatur cucurbitam iuxta ſe natam breui tantum creuiſſe, vt ſe eſſet longè altior, quę an-

nos

aos quamplurimos in eodem fuerat loco. Sed quum aduentante hyeme cucurbita exaruisset, minimè, inquit olea, cito crescentibus est inuidendum, quibus tam citò est paratus interitus.

Fabula indicat, nimium festinata non esse diuturna.

De pecunia potius ad malos, quam ad bonos accedente. 113

PEcunia interrogata à virtute, cur potius ad malos, quàm ad bonos accederet Quia boni, inquit, mẽtiri, peierare, vsurã facere, & alios spoliare te magistra non didicerunt. Hæ enim res ad sese me trahere solẽt. Tunc virtus, malo, inquit, discipuli mei in paupertate degant, quàm sese his vitiis contaminent. Vtrisq; enim cito moriendum est: Boni in terrarum orbe gloriam relinquentes sempiternam, ad cœlestia regna subuolabunt: Mali autem merita notati infamia relictis opibus suis, ad tartara ima descendent.

Fabula monet, diuitias turpiter non congregandas, quæ amatoribus suis hic infamiam, post mortem autem sint daturæ tormentum.

De Bubone dicente aquilæ filios suos cæterarum auium filiis esse formosiores. 114

AQuila in concilio auium dixerat, cæterarum auium filios, qui magis formosi essent, in aulicos eligere. Et quum certatim quæq; suos efferret. Bubo, Regina, inquit, nostra, meos accipe, qui cæteros pulchritudine superant. Qua forma, inquit, aquila, sunt filii tui? Qua ego sum, bubo respondit. Tunc cunctæ aues sunt vehementi cachinno commotæ.

Fabula indicat, neminem natum adeò deformem, qui parentibus suis non videatur esse formosus.

De Vulpe in puteum delapſa, quæ lupum rogabat, vt inde eam ſubduceret. 115

VVlpes in puteum delapſa, & iamiam ſubmergenda, rogabat lupum in putei margine exiſtentem, vt demiſſo fune illinc eam educeret. Cui lupus, quomodo, inquit, iſtuc decidiſti? non eſt nunc, ait vulpes, iſtuc narrandi tempus: Quum me hinc ſubduxeris, tibi ordine cuncta narrabo.

Fabula indicat, quando periclitantibus celeri auxilio opus eſt, ſuperuacuis verbis tempus non eſſe terendum.

De Fele quæ Murem & Caſeum comedit. 116

VIr quidam magnum ac pulcherrimum in capſa caſeum habebat, quem muſculus edebat. Ex conſilio ergo amici felem illuc clauſit, quæ occiſo mure totum caſeum comedit.

Fabula indicat, eos non adhibendos cuſtodes, qui non minus quàm hoſtes nobis nocere poſſunt.

De lauto Leonis conuiuio, non omnibus animalibus grato. 117

LEo epulum opiparè apparateque cæteris brutis animalibus exhibebat, in quo gallinæ, turdi & huiuſmodi auium carnes, partim aſſæ, partim elixæ erant. Hoc cani, feli, & cæteris animalibus carniuoris gratum admodum erat. Cætera autem, quæcunque herbis hordeoque veſcuntur, huiuſmodi conuiuium vt inſipidum damnabant.

Fabula indicat, quàm difficile ſit variæ vulgi voluntati ſatisfacere.

De Viro de morte patris piſciculos ſciſcitante. 118

Vir

VIr quidam doctus ad conuiuium cuiusdam principis accitus, & in vltimo loco discumbere iussus, cum cæteris conuiuis magni pisces, sibi autem minutuli apponerentur, nullum edebat: Sed singulos ori prius, deinde auribus admouens, tanquam aliquid ab eis sciscitaturus, in patinis integros & illæsos reponebat: interrogatus à magistro conuiuii, cur hoc faceret: meus, inquit, pater ante hoc biennium his regionibus naufragio periit, nec quid de eius cadauere factum sit, postea scire potui. Sciscitabar ergo ab his pisciculis, an aliquid de eo scirent. Verum hi eo tempore nondum se natos fuisse respondent. Quare maiores interrogandi essent. Princeps audito tam lepido dicto, ipsi quoque maiores iussit exhiberi, semperque eum postea inter præcipuos conuiuas habuit.

Fabula indicat, apud literarum inopes doctis viris non tam doctrinam, quàm facetias & vrbana dicta prodesse.

De Cane pluuiam timente, quia feruenti aqua fuerat excoctus. 119

CAnis quidam quoties pluebat, domo egredi non audebat. Interrogatus ab alio cane, cur hoc faceret: Qui, inquit, quoniam feruenti aqua excoctus sum.

Fabula indicat, grauia mala expertis, leuissima quæque timori esse.

De Viro, qui vicino conuiciante vesicam concutiebat. 120

VIr quidam prudens mitis ac tranquilli ingenii, habebat vicinum maledictum, iurgiorum amantem, qui eum quotidie conuiciis & maledictis ad iram prouocabat. Vt igitur illius petulantiam & procacitatem retunderet, quoties eum conuiciantem audiebat,

nil respondebat, sed vesicam vento plenam, in qua fabas concluserat, concutiebat, cuius sonitu illum erubescere, & à conuiciis desistere compellebat.

Fabula indicat, maledicis & stultis viris minime respondendum, ne eis similes iudicemur.

De Asino, qui Porco inuidebat. 121



ASinus porco, qui sub eodem erat domino, plurimum inuidebat, quod omnis laboris expers, variis nutriretur cibis, indiesque pinguior fieret, ipse autem plurimum laboris sustinens, duris paleis aleretur. Vnde macilentus effectus vix ingredi posset. Sed vbi vidit cõtubernalem suum ad lanienam trahi, vt occisus hominum esset cibus, aliquantulum recreatus: At at, inquit, hinc illa in nutriendo porco hominum diligentia? O quàm melius est asinum esse, quàm porcum.

Fabula indicat, iis, quos felices putamus, minimè inuidendum, quum illa adumbrata felicitas sæpe multæ sit causa miseriæ.

De Muliere ob Turdos verberata. 122

Vir

VIr quidam iracundus emens merulas, dederat vxori coquendas, dicens: Coque hos turdos. Cui vxor: Merulæ ſunt, non turdi. Quum autem maritus contenderet eſſe turdos, neque vxorem poſſet inducere, vt turdos eſſe aſſentiretur, plurimis eam verberibus affecit. Exacto autem anno, cum dies certaminis illuxiſſet, mulier verberum memor, hæc eſt, inquit, illa dies, qua me ſuperiori anno ob illas maledictas merulas tam malè tractaſti. Adhuc, inquit vir, negare audes illos fuiſſe turdos? & quum rurſus mulier viro non cederet, iterum vapulauit, ſicque quotannis eadem die redeunte vapulauit.

Fabula indicat, ſtultum eſſe aduerſus potentiores ſe, ob minimam rem, velle contendere.

De Viro, qui experiri voluit mentem vxoris. 123

VIr quidam callidus experiri cupiens animũ vxoris, quæ ſæpenumero dicere ſolebat, adeò viri amorem ſibi infixum, quod ſi optio daretur, mariti vitã ſua morte redimeret, ſuper nudos vtriuſq; pedes ſtuppam igne ſuccenſam decidere permiſit. Tunc mulier dolore affecta, amoris oblita mariti, à ſuis tantum pedibus ardentem ſtuppam excuſſit.

Fabula viros admonet, ne mulieribus fidem adhibeant, quum maritos magis, quàm ſeipſas amare teſtantur.

De Opilione, qui inter canes lupum aluerat. 124

OPilio reperiens catulum lupi, domum tulit, eumq; inter canes ouiũ cuſtodes aluit, qui vbi adoleuit, oues occidere, caneſq; vt vnà ſecum comederent, edocere. Quod opilio animaduertens, lupum quidem occidit, canes tamen vt ab ouium cęde temperarent, non poterat prohibere. Tunc paſtor ſecũ: Merito plector, vt qui lupum canibus immiſcui, qui eos oues occidere docuit.

Fabula

Fabula indicat, bonorum mores, malorum consuetudine corrumpi.

De Filio Hortulani puncto ab Vrtica. 125

FIlius olitoris punctus ab vrtica, quæ paternis in hortis creuerat, conquestus est patri, quod herba domestica, ne heri quidem sui filio pepercisset. Cui pater, fili, inquit, huic innatum est omnibus eandem esse.

Fabula indicat, virum natura malignum, ne à domesticorum quidem iniuriis abstinere.

De Gallo vulpinam pellem fugiente. 126

GAllus à vulpe captus, magna difficultate illius manus euaserat. Hic paulo post visa vulpis pelle, vehementer territus fugiebat, qui cum à cæteris irrideretur auibus, quòd inani timore concuteretur. Si inter vulpis vngues, vt ego, inquit, fuissetis: pedum vestigia, nedum pellem illius timeretis.

Fabula indicat, è magnis periculis elapsos, quaque minima formidare solere.

De Pastore gregem suum aduersus Lupum hortante. 127

PAstor, qui magnum caprarum ouiumque gregem habebat, videns gregem suum quotidie lupi escam fieri, ac minui. oues & capras congregans, longa eos oratione hortatus est, ne vellent lupum formidare, quum essent numero plures, & cornibus, quibus lupus careret, insuper armatæ. Sed vellent vnanimiter, & auxilio mutuo sese ab illius impetu & furore defendere, promittens se quoque eis non defuturum. Illæ hac oratione animatæ, promittunt, iurantque se nequaquam lupo cessuras. Quum autem paulo post lupus aduen-

aduentare nunciaretur, tanto timore affectæ sunt, vt nullis pastoris verbis possent à fuga cohiberi. Tunc pastor secum, impossibile est, inquit, mutari posse naturam.

Fabula indicat, homines natura ignauos, & meticulosos, non solum conspectu, sed etiam hostium fama terreri, nullaque ducis oratione ad virtutem accendi.

De Apro Asinum ad certamen prouocante. 128



APer Asinum ad certamen prouocans, sperabat se victorem fore, quod longiores acutioresque sibi quàm aduersario dentes essent. Sed quum asino propinquasset, ferratis pedibus percussus, cecidit semimortuus. Paulo post ad se reuersus: Non istinc me lædi, inquit, credebam.

Fabula indicat, virum prudentem omnia explorare debere, vnde ab aduersario possit offendi.

De Viro, qui vxori se ouum peperisse dixerat. 129

Vir

VIr quidam experiri volens, an vxor commissa tegeret: Vxor, inquit, magnum portentum, & silentio dignum, mihi hac nocte cõtigit, (cum illa enim cubans hoc dicebat) quod enarrarem, si à te non efferri arbitrarer; Verùm non audeo, quia mulieres rimarum plenas, & hac illac perfluentes audio. Cui vxor, nondũ me pernosti mi vir, qui ex aliarum ingeniis me iudicas. Potius mortem mihi paterer inferri, quàm aliquid cõtra tuam voluntatem efferrem, idq; iureiurando cœpit affirmare. Tunc maritus. quasi verbis illius fidem haberet, peperi, inquit, hoc ouum (dormitum enim proficiscens ouum secum attulerat.) Sed caue si me amas, ne cui hoc dicas, Tute enim nosti, quanto dedecori mihi esset, si ex viro gallina factus dicerer. Mulieri tardè admodum nox discedere visa est. Vix ergo aurora rutilante, commatrem conueniens, narrat maritum duo oua peperisse. Illa verò alteri mulieri compatrem suum tria oua enixum esse. Quid multis moror? Antequam sol occideret, per totam vrbem vulgatum est, hunc hominem ad quadraginta oua peperisse.

Fabula indicat, quæ taceri volumus, nulli mulieri esse dicenda.

De Sacerdote, qui turdos puero suo assandos dederat. 130

SAcerdos gulæ deditus, decem turdos pingues veru infixos, puero suo assandos dederat, dicens, oportere ab illo omnes ad vnum edi, si in cinerem deiiceret. Quum paulò pòst rediisset (fuerat enim ad quædam negocia expedienda profectus) reperit puerum eiulantem. Qui interrogatus cur fleret, respondit, quia non potuisset nisi nouem comesse, quum in cinerem decidissent, rogareque ne alium tunc esse cogeretur, quoniam satis superque venter sibi turgidus esset. Sacerdos irritatus quum pueri amentia, tum quia se cœna pri-

na priuatum conſpiciebat, educto extra limen domus puerō, oſtendit ei tres vias, dicens: elige quam vis, hic pernoctaturus non es.

Fabula indicat, amentes ſeruos domi non habendos.

De Ficedula Turdum in fertiliorem locum ducente. 131

FIcedula per locum quendam deſertum iter faciens, reperit turdum labruſcæ vuis, & ſylueſtrium arborum baccis victitantem apud quem hoſpitata, hortata eſt eum, vt relicto tam ſterili & deſerto loco, ſecum pergeret, ſe enim ducturam eum in regionem, ſuauiſſimis vuis, ficis, & omni pomorum amœnitate refertam. Quum autem turdus illius conſiliis obſecutus, in locum à ficedula prædictum perueniſſet, reperit cibos adhuc ſuauiores, quàm illa promiſerat. Sed quum videret nonnullas aues viſco implicitas, alias laqueis captas, complures retibus irretitas, & mille inſidias ac dolos auibus tenſos, vale ficedulæ dicens, antequàm in patriam rediit, vbi vſque ad decrepitam ætatem, abſque vllo inſidiantium metu, vitam tranquillè protraxit.

Fabula indicat, longè melius eſſe tenui, & agreſti victu quietè viuere, quàm lautis & opiparis epulis, inter vitæ diſcrimina.

De Viro auaro moriente. 132

VIr auarus moriens, cum tunc demum intelligeret nihil ſecum laturum, vertit ſe ad amicos & propinquos, quos præſentes cernebat, dicens: Diſce à me, qui omne vitæ tempus ſtruendis opibus incubui, ne nimium ſtudeatis congregare diuitias. Ex tot enim terræ iugeribus, & tam precioſis veſtibus, quas tanto ſudore paraui, quinque pedum foſſam, & linteamen vnum, quo mortuus tegatur, poſſidebo.

Fabula

Fabula indicat, stultum & miserum esse, tantam coacervandis opibus operam impendere, quæ velimus nolimus breui sunt relinquenda.

De Grammatico docente asinum. 133

GRammaticus quidam gloriabatur adeò in arte sua se excellentem esse, vt si digna daretur merces, non modò pueros, verumetiam asinum docere profiteretur. Princeps audiens hominis temeritatem, interrogabat eum, an si quinquaginta ei daret aureos, intra decennium docere asinum confideret. Respondit vir impudens, non recusare se ab eo interimi, si hoc spacio temporis asinus ille legere & scribere nesciret. Amici hoc audientes admirabantur, increpabantque hominem, qui non modo rem arduam, atque difficilem, verum etiam impossibilem facere promisisset, timebantque ne exacto hoc tempore à principe occideretur, quibus ille respondebat: Antequam hoc tempus elabatur, aut asinus morietur, aut princeps, aut ego.

Fabula indicat, in periculo constitutis moram sæpe auxilio esse solere.

De Lupo, qui se religioni addixerat. 134

LVpus in senium deductus, cùm non amplius venari posset, sese religioni addixit, sumtoque monachi habitu, cibum ostiatim mendicabat Reprehensus ab alio lupo. quid vis, inquit, faciam? dentes deciderunt, currere non valeo, quare aliter viuere posse diffido.

Fabula declarat, multos homines religioni sese addicere, quia aliter vitam degere nequeunt.

De Mo-

De Morione crucifixum pro thuribulo afferente. 135

SAcerdotes complures in quoddam templum ad solennia celebranda conuenerant, vbi thuribulum nõ erat. Miserunt ergo Morionẽ quendam ad aliud templum propinquum, vt inde thuribulum afferret, qui profectus, quum quid esset thuribulũ nesciret, crucifixum ligneum, quem ibi fortè offendit, humeris tollẽs attulit sacerdotibus: qui ridentes quum non crucifixum, sed thuribulum velle dicerent. At ego, inquit fatuus, nihil ibi hoc magis tribulatum inueni.

Fabula indicat, res peragendas fatuis non committendas.

De Serpente saxo oppresso. 136

SErpens ingenti oppressus saxo, rogauit virum illac iter habentẽ, vt à se onus amoliretur, pollicitus ingentem se illi thesaurum, si hoc faceret, daturũ. Quod quum vir mitis fecisset, non modò promissa non soluebat, sed hominem morte dignum esse dicebat. Dum ita contenderent, accidit, vt simius illac transiret, qui iudex & arbiter electus, non possum, inquit, inter vos tantas cõponere lites, nisi videro prius quo pacto serpens sub saxo stabat. Quum ergo vir serpenti saxum imposuisset, inquit simius, ingratum animal sub saxo relinquendum censeo.

Fabula indicat, ingratos homines nullo dignos esse beneficio.

De Viro lapidato, qui resurrexit. 137

VIr quidam lapidibus occisus à populo, resurrexit, qui interrogatus à quodam, quid sibi in ea lapidatione molestius fuisset: nihil, inquit, lapide, quem

quidam iecit, quem mihi amicum esse credebam, quãuis non fuerim illo percussus.

Fabula indicat, mala quæ ab amicis inferuntur, grauiora videri, quàm quæ nobis inferunt inimici.

De Vulpe capta, & à Gallo prodita. 138

VVlpes rustici laqueis, cuius plurimas gallinas occiderat, capta, rogauit gallum, à quo solo visa fuerat, vt aut cultellum, quo laqueum scinderet, sibi afferret, aut hero nihil diceret, quoad dentibus laqueum abrupisset. Gallus vtrunq; pollicitus, dominum properè adiens, narrat vulpem casse detineri: quem claua armatum ad se perdendum venientem vulpes conspicata: Infelix, inquit, & stulta ego, quæ credidi gallum mihi fidum fore, cuius tot vxores occideram.

Fabula indicat, iis, quos insigniter læsimus, nunquàm fidendum.

De Vulpe Gallinas metu canis inuadere non audente. 139

VVlpes cohortem gallinarum nocte inuadere non audebat, metu canis, quem apud eas pernoctare cognouerat. Sed quum eas aliò migrasse, vt cum nonnullis aliis gallinis degerent, intellexisset, vbi canis nõ erat, voti compotem se fore rata, illuc se conferens, ad vnam omnes occidit.

Fabula indicat, melius esse bonum & strenuum vicinũ, quàm ignauos consanguineos habere propinquos.

De Gallinæ pullo matri non obsequente, vnde à miluo raptus est. 140

GAllina pullos complures habens, vehementer extimescebat, ne sibi a miluo surriperentur. Vnde sæpe

ſæpe eos ſub ala viſo miluo congregans, ab inimica alite tutabatur. Sed quadam die miluum ad ſe accedentem conſpicata, filios conuocauit, qui omnes properè ad vocem matris currentes, ſalui facti ſunt, vno duntaxat excepto, qui matris voce contempta, dum granum tritici eſſe cupit, per aera curuis vnguibus à ſæua aue raptus eſt.

Fabula indicat, qui parentum imperio non obſequuntur, in maximas calamitates incidere.

De Lupo in foſſam lapſo, & Vulpe irridente. 141

LVpum in foſſam lupariam delapſum, vulpes conſpicata irridebat, & circum oras & foſſæ marginem lætabunda ſaltitabat, ſtolidum animal illum appellans, qui hominum fraudes non animaduertiſſet. Dum ſic ergo laſciua geſtiret, ſubſidens terra eam traxit in præceps: quam delabentem lupus conſpicatus: maximum, inquit, nunc mortis meæ ſolatium ad manes feram, videns vulpem, quæ me irridebat, mecum pereuntem.

Fabula indicat, aliorum calamitatibus nunquam inſultandum, quum in eaſdem nos quoque incidere poſſimus.

De Lupo oues inuadere volente, ſed impedito. 142

LVpus & leo contracta inter ſe amicitia victum quæritabant, tum lupus audito ouium balatu, confide, inquit, amice, cibus iam aderit. Secutus ergo ouium vocem, cum ad ouile perueniſſet, reperit illud optimè munitum, & canes prope dormientes. Reuerſus igitur ad leonem, non placet, inquit, mihi, quòd in præſentia edamus oues, Macilentæ enim admodum ſunt, ſinamus eas pingueſcere, redituri, cùm fuerint pingues effectæ.

Fabula eos arguit, qui impediti ne quid faciant, se noluisse ipsi argumentantur.

De Vulture à canibus capto, ob prædam non dimissam. 143

VVltures duo cadauer depascentes, duo ingentia frusta absciderant, quæ vnguibus per aera ferre decreuerant, quum subitò canibus aduentantibus, alter eorum dimissa sua parte cadaueris, eiulans statim è canum conspectu procul abiit: Alter prædæ intentus, dum partem suam dimittere cunctatur, à canibus captus est: qui dum se iam moriturum videret: heu, inquit, me miserum & infelicem, qui paruæ voluptatis causa tot vitæ voluptates amittam.

Fabula indicat, nimiam acquirendi cupiditatem sæpenumero auaris attulisse perniciem.

De Olitore, qui Talpam occidere volebat. 144

OLitor talpam capiens, eam interimere volebat. Cui illa: Ne occidas, inquit, mi here me famulam tuam, tam pulchra pelle contectam, & hortulos tuos gratis fodientem. Non me, respondit olitor, his blandulis delinies verbis, quum me inuito hortulos meos, vt dicis, fodiens, herbas omnes, vt te ipsam pascas, radicitus eruas, & me ad inopiam redigas.

Fabula indicat, in cunctis rebus voluntatem hominum esse spectandam.

De Viro diuite illiterato, & inope docto. 145

VIr quidam diues, sed illiteratus, virum doctum, sed inopem deridebat, quod ipse sua industria multas diuitias congregasset, quum ille, qui tanta doctrina pollebat, maxima inopia premeretur. Cui ille: nil mi-

tum,

rum, quum tu opibus coaceruandis, ego vero doctrinę comparandæ, quæ longè diuitiis præstat, incubuerim. Hic inter diuitem & literatum orta contentio, vtrum doctrina, an gaza præstantior esset: componi non poterat, quum vterq; multos fautores haberet, sed plures diues. Tandem hoc pacto compertum est doctrinam gaza præstantiorem esse. Discordiis ciuilibus ambo solum mutare compulsi, cum nihil secum è suis fortunæ bonis ferre potuissent in aliam vrbem se contulerunt: vbi vir literatus, magna ad docendum mercede conductus, in magno precio & honore habebatur. Qui vero diues fuerat, panem ostiatim petere coactus inopia, confessus est, se sua opinione deceptum.

Fabula indicat, fortunæ bona, quoniam huc & illuc transeunt, ab animi bonis, quæ propria & perpetua sunt, longè superari.

De Vulpe capta à Cane, dum se mortuam simulat. 146

VVlpes simulans se defunctam, vt aues ad se tanquam ad cadauer accedentes, interciperet, luto oblita in quodã agro resupina iacebat, expectans cornices, coruos & huiusmodi rapaces volucres, quas deuoraret, quum superueniens canis, eam mordicus captam cœpit dentibus lacerare. Quod illa animaduertens: digna, inquit, patior: nam dum fraudibus aues capere studeo, ab alio capta sum.

Fabula indicat, qui aliis insidias moliuntur, moleste ferre non debere, quod ipsi quoque capiuntur.

De Vrso, qui vxori oculum eruit. 147

VRsus dum fortè cum vxore rixaretur, oculum illi eruit. Sed postea pœnitens, tanto dolore affectus est, vt vngues sibi mordicus præcideret. Deinde quum

inter loquendum diceret, præ suo in vrsam amore, se propriis armis exuisse. Quid, inquit vxor, istud mihi luscæ nunc prodest? Antequam oculum mihi erueres, istud faciendum fuit.

Fabula indicat, post illatas iniurias seram esse pœnitentiam, quum facta infecta fieri non possunt.

De Leone irato contra Ceruum lætum morte leænæ. 148

LEo omnes quadrupes ad defunctæ vxoris exequias honestandas inuitarat. Cunctis igitur aliis mortem reginæ ineffabili dolore prosequentibus, solus ceruus, cui illa filios eripuerat, expers doloris, nullas lachrymas emittebat. Quod leo percipiens, accersitum ad se ceruum, vt illum perimeret, interrogat, cur non cum aliis reginæ mortem fleat? Cui ille, fecissem, inquit, nisi me hoc facere prohibuisset. Aduenienti enim mihi, felix eius anima, ad elysias sedes proficiscens apparuit, dicens, eius discessum non lugendum, quum ad amœna vireta fortunatorum nemorum, sedesque beatas proficisceretur. Hæc leo audiens lætatus est, ceruoque veniam dedit.

Fabula indicat, viri prudentis officium esse, interdum fingere, & sese à potentium furore honesta excusatione tutari.

De Patrefamilias succensente cani ob gallinas raptas. 149

PAterfamilias oblitus haram, in qua gallinæ pernoctabant, claudere, quum manè surrexisset, reperit omnes à vulpe occisas, & ablatas esse, indignatus igitur in canem, tanquam malum rerum suarum custodem, multis illum afficiebat plagis. Cui ille: si tu, inquit, cui gallinæ oua & pullos pariebant, in occludendo ostio negli-

negligens fuisti; quid mirum, si ego alto sopore oppressus, vulpem venientem non sensi, qui nulla ex illis emolumenta percipiebam.

Fabula indicat, haud vnquam sperandum diligentem fore familiam, cuius paterfamilias negligens fuerit.

De Delectore militum. 150

DElector quidam missus à duce suo ad milites deligendos, qui rebus bellicis magis idonei viderentur: inter cæteros quendam eligere volebat procera statura & qui aspectu ipso præ se ferebat strenuum bellatorem, Tum ille: falleris, inquit, ô delector: Non sum enim is qui videor.

Fabula indicat, ex ipso corporis habitu homines non esse iudicandos.

De Vulpe gallinam incubantem occidere volente. 151

VVlpes rustici cuiusdam domum ingressa, reperit in nido gallinam ouis incubantem, quæ eam rogabat, dicens: Ne me obsecro in præsentia occidas macilentam. Expecta paululum, dum pulli mihi nascantur, quos vt tenellos absque dentium dolore esse poteris. Tunc Vulpes: Non essem, inquit, inter vulpes numeranda, si nunc esuriens, spe pullorum, qui nondum nati sunt, paratum omitterem cibum. Dentes validos gero, qui quamlibet durissimam carnem molere consueuerunt: Hæc dicens gallinam deuorauit.

Fabula indicat, eum amentem esse, qui incerta spe maiorum rerum, præsentes omittit.

De Cane, qui societatem cum asino aduersus lupum iniuit. 152

CAnis molossus cognoscens se lupo, cum quo magnas exercebat inimicitias, imparem, statuit aliquem sibi socium adsciscere, vt mutuo auxilio lupum superaret. Videns autem asinum lupo vocaliorem, maiorem clitellisq; velut thorace armatum, magnasq; pilas podice tum magno tonitru emittentem, ratus est eum strenuum esse bellatorem. Quare contracta societate, lupum ad pugnam prouocauit. Sed vbi ad primũ lupi conspectum asinum fugientem vidit, nilq; aliud, quàm inconditos clamores & magnos ventris crepitus edentem, ipse quoq; fugiens, socium in ipsa pugna deseruit, pabulum lupo, vulturibusque futurum.

Fabula indicat, stultos esse, qui hominum virtutem ex verborum ampullositate, & corporis proceritate diiudicant.

De Lupo gregem aggresso, quum ibi duo canes essent inter se pugnantes. 153

LVpus ex alta specula contemplatus canes geminos gregis ouium custodes inter se pugnantes, & sese mutuis morsibus dilacerantes, spem concepit posse tuto oues inuadere. Magno igitur impetu in oues delatus, quum vnam oppido pinguem rapuisset, concite fugiebat. Canes id conspicati, omissa domestica pugna lupum fugientem assecuti, tantis illum affecere vulneribus, vt vix posset euadere. Quum autem mox ab alio lupo interrogaretur, cur solus gregem esset adortus, vbi tam validi erant propugnatores: domestica, inquit, pugna deceptus sum.

Fabula indicat, quod inimicitiæ externorum, discordes propinquorum animos reconciliare solent.

De Asino, qui obiens vinum effudit. 154

Vir

VIr quidam pauper, cui præter vini dolium & asinum nihil erat, filiam vnicam cuidam spoponderat adolescenti, paulum nescio quid pollicitus dotis, quam ex vini & asini precio (constituerat enim hæc venundare) contrahere posse arbitrabatur. Sed sequēti, qua sponsalia facta sunt, nocte asinus obiit, & inter moriendum, fracto calcibus dolio, vinum effudit.

Fabula indicat, nullam in rebus caducis spem habendam.

De Arundine, nidulum ab auicula petente. 155

ARundo ęgrè ferebat, quum cæteræ non solum arbores, verum etiam herbæ interdum nidos auium sustinerent, se eo honore priuari. Rogauit ergo auiculam quandam, vt ipsa nidificaret. Cui illa: facerem, inquit, nisi instabilitati tuæ diffiderem. Nolo enim filiorum meorum domum in fundamento tam instabili collocare.

Fabula indicat, res nostras viris instabilibus minimè committendas.

De Pica cuculum pro accipitre fugiente. 156

PIca inter arborum frondes delitescentē cuculum conspicata, accipitrem esse suspicata est: Quare concitata fugiebat. Quod nonnullæ aliæ aues, quæ propè aderant, intuitæ, picam irridebant, quod pro accipitre cuculum fugeret: quibus illa: malo, inquit, à vobis irrideri, quàm ab amicis fleri.

Fabula indicat, melius esse, inimicis ridendi, quàm amicis flendi præbere materiam.

De Seruo, qui asinum heri è rupe deiecit. 157

SEruus cuiusdam agricolæ asinum domini sui ex alta rupe præcipité dedit, ne quotidie huc & illuc illum agere cogeretur, mentitusq; est domino illum sponte sua se deiecisse. Ob hoc dominus seruum compellebat omnia humeris suis ferre, quæ antè asinus portabat. Quod seruus nequā animaduertens: malè, inquit, mihi consului, cùm innocentem conseruū meum perimi, qui me tanto labore leuabat: iustè nunc plector.

Fabula indicat, insipientes dum mala à se amoliri volunt, sæpe incidere in grauiora.

De Porco post mortem gratiam domino referente. 158

POrcus criminatus ab ouibus, quod domino, à quo tanta pascebatur diligentia, nullam referret gratiam: quum ipsæ lac, lanam, agnosque illi præberent: mortuus, inquit, referam: non ab re me nutrit.

Fabula indicat, quod nemo absque spe præmii laborem subit.

De Merula miluum extimescente. 159

MErula suspiciens miluū magno ambitu aera circinantem, ingentesq; eiulatus edentē, vehementer exterrita est. Cui turdus: ne trepida soror, inquit, tantos pugnæ apparatus, torq; minas in exiguum murem, aut in pullum gallinaceum tandem effundet. Cauendū nobis est ab accipitre, cuius prius vngues, quam vocem sentire solemus.

Fabula indicat, magis quietos & tacitos homines, quàm minaces & verbosos extimescendos.

De Gallis inter se pugnantibus. 160

Galli

GAlli duo, vt eorum mos est, inter se de ducatu gallinarum acerrimè certabant. Qui superior in pugna fuerat, alarum plausu, vocisque cantu se victorem fuisse significans, venere & ocio emarcuit. Victus autem à conspectu gallinarum profugiens, cum cornicibus & pauonibus sese quotidie pugnando exercebat; inferendi, vitandique ictus artem ediscebat: qui vbi se satis instructum vidit, rediens, aduersarium ad pugnā prouocatum nullo negocio superauit.

Fabula indicat, nihil aque milites eneruare, quàm nimium veneris vsum, desuetudinemque pugnandi.

De Viro benefico, qui in latrones inciderat. 161

VIr beneficus, & in cunctos liberalis, peregrè profectus, incidit in latrones: qui circumstantes quum eum interimere vellent, exclamauit vnus ex eis: Ne interficiatis hunc virum bonū, & de me bene meritum. Quippe qui me non solum olim benigne suscepit hospitio, verum etiam ægrotum fouit, medicoque curandum tradidit. Quibus verbis moti socii, illum illæsum abire permiserunt.

Fabula indicat, quoad possumus, beneficia in cunctos conferenda.

De Cane, qui occidit filium domini. 162

VIr quidam diues venandi studio mirifice deditus, complures canes alebat, quorum vnus filium domini morsu interfecit. Dominus ira percitus, non solùm homicidā, verum etiam omnes alios iussit occidi. Tūc ait vnus ex eis: vnus peccauit, & cuncti plectimur.

Fabula indicat, vnius malignitatem sæpe multis obesse.

De Agricola icto ab ape. 163

AGricola ictus ab ape, admirabatur, vt ex eodem ore succus tam suauis, & stimulus tanti doloris exiret. Respondit apes: Quo beneficentior sum, eo maiori odio prosequor mihi inferentes iniuriam.

Fabula indicat, quo magis homines benefici sunt, eo minus iniurias tolerare.

De Capra prohibita à cane hortum intrare. 164

CApra esuriens hortum quendam vbi virentia viderat olera, intrare cupiebat: Sed canis molossus quem olitor custodem apposuerat, non permittebat, minitans ei mortem, si pedem introferre tentaret. Cui capra: Quid, inquit, me esse prohibes, quæ tibi nulli sunt vsui: Nulla, respondit canis, ratione hoc facio, sed quia ita mihi insitum est à natura.

Fabula exprimit naturam auarorum, qui multis rebus abundant, quibus neque ipsi fruuntur, neque alios frui patiuntur.

De Hydro ranam deuorare volente. 165

HYdrus in quadam palude ranam persequebatur, quem quum illa euadere non posset conuersa dicebat: Ne me deuora hydre, quæ nulli vnquam nocui. Cui hydrus: clamor tuus, inquit, minæq; quibus die noctuque obstrepis, te maleficum animal esse testantur. Quod autem non noceas, impotentia causa est, dentes enim non habes.

Fabula indicat, multis non animum nocendi, sed vires deesse.

De Iuuene ducturo vxorem, rogante amicos, vt pro se orarent. 166

Iuuenis

Ivuenis quidam desponsurus vxorem, quum interrogaretur, an eam vellet, conuertit se ad amicos & propinquos, qui ibi aderant, dicens: Quid vt muti siletis? Cur non Deum, vt me hodie adiuuet, oratis? Si enim sternutantibus Deum adesse precamur, vbi nullum est periculum, quanto nunc magis pro me orare debetis, cui tantum videtis imminere discrimen.

Fabula indicat, ducentes vxorem maxima adire pericula.

De Viro decrepito arbores inserente. 167

Vir decrepitæ senectutis irridebatur à iuuene quodam, vt delirus, quòd arbores insereret, quarum non esset poma visurus. Cui senex: Nec tu, inquit, ex iis, quas nunc inserere paras, fructus fortasse decerpes. Nec mora: Iuuenis ex arbore, quam surculos decerpturus ascenderat, ruens collum fregit.

Fabula indicat, mortem omni ætati esse communem.

De Claudo primum accubitum occupante. 168

Claudus quidã ad nuptias inuitatus, in primo discubuit loco. Sed magister conuiuii eum inde detrahens, in vltimo collocauit, dicens: Sedes nulla datur, præter quàm sexta trochæo: alludens ad hunc pedem, cui duæ syllabæ dispares sunt, vt illi pedes erant; & qui in vltima metri heroici locatur sede, vt ille ima conuiuii parte dignus erat.

Fabula indicat, primos accubitus non occupandos, ne iis videamur inde detracti.

De Viro, qui thesaurum compatre conscio abdiderat. 169

Vir

VIr quidam admodum diues, thesaurum in sylua infoderat, nemine præter compatrem, cui plurimum fidebat, conscio. Sed quum paucis post diebus ad eum visendum accessisset, reperit effossum, atq; ablatū. Suspicatus igitur id, quod erat, à compatre sublatum, eum conueniens, volo, inquit, compater mi, mille aureos, vbi thesaurum abdidi, adhuc infodere. Compater cupiens plura lucrari, retulit, reposuitque thesaurum: quem quum verus dominus paulo post accedens reperisset, secum domum tulit, conueniensq; compatrem, inquit: fidefrage, ne sumas inanem laborem, vt ad thesaurum accedas, amplius enim non inuenies.

Fabula indicat, quàm facile sit virum auarum spe pecuniæ decipere.

De Leone a Vulpe edocto, vt possit è vinculis exire. 170

LEo comprehensus laqueo, totis viribus vincula dirumpere conabatur, quò autem maiori conatu laqueum trahebat, eo arctius detinebatur. Vulpes illac iter habens, cum hoc esset intuita: Nō viribus, inquit, mi rex, istinc euades, sed ingenio: Relaxandus enim laqueus, & dissoluendus, non trahendus est. Quod cum leo fecisset, statim soluto laqueo, quo erat astrictus, liber euasit.

Fabula indicat, ingenium viribus longè esse præstantius.

De Psittaco ob artem exprimendi verba humana, honorato. 171

PSittacus in aula regis degens, interrogabatur à cæteris auibus, quid ita in magno haberetur honore? Quibus ille, quia, inquit, exprimendi humanas voces artem edoctus sum.

Fabula

Fabula nos admonet, vt bonas & liberales ediscamus artes, si volumus vbique clari honorabilesque haberi.

De Philosopho Cynico, qui percussori suo argentum dedit, 172

PHilosophus Cynicæ sectæ in iurgio colapho percussus, non solum commotus non est, verum etiam percussorem argenteo numo donauit. Quod quum omnes, qui aderant, admirarentur, dicerentque eum dignum iterum cædi: nescitis nunc, inquit quid egerim: Scietis autem post ea. Haud longo tempore percussor ille volens quendam alium cædere (sperabat enim aliquid fortasse lucrari) letale vulnus accepit. Mortem igitur sibi imminere sentiens: Quantò melius, inquit, mihi fuisset, colapho à Cynico repercùti, quàm numo etiam aureo donari.

Fabula indicat, delinquentibus impunitatem peccandi potius, quàm pœnam interdum nocuisse.

De Boue cornua à Deo petente. 173

BOs ægrè ferebat vires inermes sibi à natura datas, quoniam armis carebat, quæ viribus potiora putabat. Rogauit ergo Iouem, vt sibi cornua concedere dignaretur. Quod cum impetrasset, statim voti sui eum cœpit pœnitere. Nam quum inermis liber esset, à nemineque capi posset, natis cornibus laqueo comprehensus ad arandum ducebatur, & immensos labores subire cogebatur.

Fabula indicat, nihil à Deo petendum, nisi quod ille nobis profuturum intelligit.

De Sene, qui à filio eiectus domo, duo lintea petiuit. 17

VIr quidam decrepito senectutis domo eiectus à filia, in xenodochio degebat. Conspicatus autem filium illac iter habentem, eum rogauit, vt saltem duo lintea ex rebus suis, quas tanto sudore parauerat, sibi mitteret: qui tandem paternis precibus motus, imperat filio suo puerulo, vt expedita ad auum lintea ferret. Puer sagax, & tali dignus patre vnum tantum tulit. Increpatus autem à parente, quod non duo, vt iussus erat, attulisset: seruo, inquit, alterum tibi, vt cum decrepitus in xenodochio deges, illud tibi mittam.

Fabula innuit, qua mente in parentes sumus, eadem liberos nostros in nos futuros.

De Puero discedere nolente. 175

PVer osor literarum, in ludum literarium à patre deductus, nullis magistri blanditiis induci poterat, vt primam alphabeti proferret literam: Tum præceptor: aperi os, inquit, quod huius literæ exigit enunciatio: ille verò hiabat, sed absq; voce. Præceptor vidēs laborem suum irritum (neq; enim puerulum ac nouitium verberandum censebat) iubet eum inter condiscipulos sedere, eos monens, vt illi persuadeant hanc vel saltem literam efferre. Tum condiscipuli pro virili quisq; eum hortari, dicentes: Est ne tantus labor a dicere. At puer versutus: non est, inquit, arduum dicere a, sed si à dicerē vellet vt b dicerem, &c. Non erit eà vis præceptori patriq; vt discam.

Fabula indicat, nolentes discere, à nemine posse compelli.

De Oue capta à cane vociferante, quod à lupo capta non faciebat. 176

OVis comprehensa à cane gregis custode, maximos edebat eiulatus, capta autē à lupo nullam emittebat

iebat vocem. Interrogata à pastore, cur ita faceret: molestius, inquit, mihi est à cane, qui mihi custos & amicus esse debet, lædi, quàm à lupo, quem natura perpetuum mihi genuit inimicum.

Fabula indicat; grauiores nobis domesticorum, quàm externorum esse iniurias.

De Pauone à milite pennis spoliato. 177

PAuo apud militem, qui galeam multis strutionis pennis ornauerat, gloriabatur se multo pulchriores pennas habere, vtq; id verum esse approbaret, caudam in gyrum explicuit: Miles illarum pulchritudine illectus, auem capiens, eam tanto priuauit ornatu, conumq; galeæ insigniuit. Tunc secum pauo: me miserum & stultum, inquit, qui tam pretiosas res raptori ostendi, quas occultare debebam.

Fabula indicat; pretiosarum rerum ostentatione multos ad rapinas concitari.

De Turdo per viscum capto. 178

TVrdus visco captus ab aucupe, seipsum afflictabat, dicens: non tantũ mortis dolore excrucior, quantum quod meæ res me perimunt. Aiunt enim viscum ex turdorum stercore procreari.

Fabula indicat, homines tunc vehementer commoueri, quum rebus suis intereunt.

De Auaro poma marcescentia comedente. 179

VIr auarus plurima pulcherrimaque poma collegerat, qualia in hortis Alcinoi & Hesperidũ fuisse poetæ fabulantur, quæ ita parcè edebat, vt nisi corrũpi inciperẽt, non esse auderet. Huius filius oppido liberalis, sodales suos ad pomaria sæpe ducebat, dicens:

Accipite ex his quę vultis omnia, præter marcefcentia: illa enim pater meus in fecunda menfa femper fibi iubet adferri. Huic præcepto illi libēter obtemperabāt.

Fabula indicat, homine auaro nihil eſſe miſerius, qui aliis cuſtodit, quæ ei Deus fruenda conceſſit.

De Auaro nimis agros cuftodiente. 180

VIr quidam extremæ auaritiæ emit prædia admodum feracia, & omni fructiferarum arborum genere referta, quæ priori domino ampliffimos fructus reddebānt, quamuis immunita effent, & cunctis viatoribus peruia. Ratus igitur nouus dominus, fi melius coleret, & diligentius cuftodiret, vberiores fructus fe inde capturum: optimè colere cœpit, & denfis vepribus & parietibus claufit, cuftodefque diligentes appofuit: verùm poft hanc diligentem cuftodiam agri parum fructus illi reddebant. Confultus autem Deus, vnde hoc accidiffet, ita refpondit:

Ipfe mali tanti caufa es, qui fepibus agros,
Parietibufque arctis obftructos vndique feruas.
Multa dedi quondam, quia multi multa petebant,
Vni feruit ager tibi nunc, cur tanta requiris?

Fabula indicat, liberali viro Deum multa largiri, quò multorum indigentiæ valeat ſubuenire.

De Malo arbore ingentia poma procreante. 181

MAlus arbor oleā irridebat, quod exiguas procreaffet baccas, cum ipfa & ingentia & quæ vix fui rami ferrent, mala produxiffet. Sed vehementi exorto vento, cum pomorum onere, tum vi turbinis, & poma ferè cuncta ceciderūt, & rami confracti funt: Olea autem illæfa permanfit. Tunc fecum malus: quanto, inquit, melius mihi fuiffet, minores fœtus edidiffe.

Fabula indicat, nos debere modicis rebus eſſe contentos, *quum*

quum ampla opes & nimia diuitia sine ingenti periculo nequeant possideri.

De Muliere à viro verberata, quæ se mortuam simulabat. 182

MVlier quædam à viro multis verberibus affecta, se mortuam simulabat, quò marito timorem incuteret, retento enim anhelitu, immobilis resupina iacebat. Vir sagax & mulieris fraudum non ignarus: bestia, inquit, mortua pelle nudanda est: arreptoq; cultro, à pedibus pellem diripere cœpit: Vxor sentiens quorsum sua tenderet simulatio, pedem retrahens, ilico resurrexit.

Fabula indicat, quod viro prudenti frustra muliebres tenduntur insidia.

De Miluo & Accipitre, apud Aquilam de præstantia contendentibus, 183

MIluus cum accipitre apud Aquilam de præstantia certabat, dicens, ob corporis magnitudinem sese illi præferendum. Contra accipiter, non staturam, sed vires spectari oportere, dicebat. Tunc aquila: ite, ait, venatū, & vter vestrum digniorem mihi attulerit prædam, eum prętantiorem iudicabo. Cum autem miluus exiguum murem, accipiter verò columbam apportasset, inquit aquila, quanto columba maior est mure, tanto accipitrem miluo præstantiorē esse pronuncio.

Fabula indicat, ex operum, non corporum magnitudine homines metiendos.

De Insano sapientiam vendente. 184

INsanus quidam vrbes peragrās, alta voce clamabat, sapientiam se habere venalem: Cuidā autem oblato

argenteo eam petenti, colaphum incussit, longumque filum dedit, dicens, eris sapiens, si quousque hoc filum protenditur, ab insanis & furiosis absfueris.

Fabula indicat, nullum cum insanis habendum esse commercium.

De Porcello & testamento patris. 185

Porcellus mortem parentum ingenti clamore deflebat: Sed quum lectis testamenti tabulis, magnum glandis aceruum, multosq; farinæ modios sibi relictos cognouisset, obticuit. Rogatus, cur non amplius fleret? farina, inquit, & glandes os mihi occluserunt.

Fabula indicat, amplas hæreditates hæredum dolori facile finem imponere.

De Ouibus immoderatè segetem depascentibus. 186

Agricola conquerente, quod oues vniuersam segetem depopularentur: Iupiter eis præcepit, vt modeste depascerent. Quæ quum præceptis non obtemperarent, lupo iniũctum est, vt oues moderatè puniret. Sed pastore conquerente, totum ouium gregem à lupo occisum, Iupiter iratus venatori imperauit, vt lupũ perimeret. Quod ille impigre est executus.

Fabula indicat, nullum immoderatum esse diuturnum.

De Leone partem prædæ à Lupo petente. 187

Lupus & vulpes inita inter se societate, venatũ profecti sunt, qui quum ceruum, quem ceperant, diuidere vellent, superueniens leo tertiam prædę partẽ sibi, vt quadrupedum regi deberi dicebat. Lupus vero negabat. Tunc excandescens leo, iniectis in lupum vnguibus, totum eius caput pelle nudatum, rubicundũ reddidit, vnde lupus vix viuus euasit. Conuersus hinc in

vulpem

vulpem leo, tu verò quid dicis? Ego, inquit, mi domine rex, non tertiam modò partem, sed totum ceruum tuum esse non inficior. Ecquis, inquit leo, te ita sapienter docuit respondere? Galerus, ait vulpes, ille ruber, quē socio meo lupo imposuisti.

Fabula indicat, melius esse partem interdum concedere, quàm totum amittere.

De Viro vxorem non cognoscente, vt felix euaderet. 188

VIr fatuus vxorem ducturus, audiuit à vicino suo, illum futurum in pecoribus fortunatum, qui vxorem post nuptias primis tribus diebus non tangeret. Vt igitur hanc felicitatem consequeretur (erat enim pastor ouium) nocte prima vxorem non attigit, nihiloq; magis, quæ eam consecuta est. Virgo libidine incēsa, quum se huc & illuc in lecto volutaret, neque vllis blāditiis virum ad opus maritale posset impellere, tertia nocte maritum nil tale suspicantem, & propterea alto oppressum somno, securi aggressa, duobus ictibus percussit. Quum autem interrogaretur, quid eam ad tantum facinus impulisset, infelicitas mea, inquit: existimans magnam mulierum infelicitatem viros stertere, quum fodere debeant.

Fabula indicat, vxores non sinendas virgines permanere.

De Viro sepem destruente, vt inutilem. 189

VIr quidam sepi, qua vinea eius conclusa erat, vt sterili conuitiabatur, eamq; vt nullius emolumenti excisam exusserat. Tunc vinea aperta, & pecoribus & hominibus facta peruia, à cunctis depopulata est. Dominus vineæ hoc conspicatus, seipsum stultitiæ accusabat, quod sepem vuæ suæ custodem tam imprudenter amouisset.

Fabula indicat, qui res seruant, non minus facere, quamuis ociosi videantur, quàm qui eas suo labore congregarunt.

De Dæmone morte diuitum lætante, pauperum verò mœsto. 190

DÆmon terrarũ orbem peragrans (vt eius est mos) animaduertit iuuenem quendam parentum morte lætantem: vnde totus exhilaratus est. Sed vlterius progressus fleuit, quum alium filium in funere patris mœstum intueretur. Interrogatus tam diuersorum affectuum causas: Risus, inquit, filii ex obitu parentum, significat illos diuites esse defunctos, quorum admodũ rari nostras effugiunt manus. Fletus verò, paternæ est signum inopiæ. Pauperum autem regnum cœlorum vt plurimum esse consueuit.

Fabula indicat, nimias diuitias homines ad inferna deducere.

De Lupo esuriente, qui in cadauer bouis inciderat. 191

LVpus senio confectus, quum amplius, venari non posset, magna cruciabatur fame, nec aliquem cognatum aut amicum, qui eum cibo iuuaret, poterat inuenire Dum ergo mœstus ingentẽ peragraret syluam, in bouis cadauer incidit, quod vix cœperat laniare, quum non solum cæteri lupi, verum etiam vultures, corui & cornices illuc se contulerant, lupum orantes, vt se in amicitiam, & in partem prædæ admitteret. Tũc secum lupus: Quem paulò antè fratres & filii negligebant, ecce alienigenæ animantes nunc honore prosequuntur, & amicum expetunt. Non mihi, sed boui hũc exhibent honorem.

Fabula indicat, pauperem cunctis odiosum esse, diuitibus vero ab omnibus honorem exhiberi.

De Vul-

De Vulpe capta, & rusticum vt se dimitteret, orante. 192

VVlpes capta à rustico, cuius quàm plurimas gallinas occiderat, blandis eum verbis orabat, vt se dimitteret, persanctè iurans, nullum vlterius damnum se illi illaturam. Cui rusticus: ignoscerem, inquit, tibi perlibenter, & te incolumem dimitterem, nisi te subdolum & fidefragum animal cognoscerem. A mortua nullum mihi detrimentum inferri posse, certò scio, à viua verò subdubito.

Fabula indicat, perfidis & fallacibus viris nullam adhibendam fidem.

De Porco læto morte inimici. 193

POrci duo erant cuidam subulco, tam immortale inter se odium, & perpetuas inimicitias habentes, vt quotidie sese dentibus lacerarent. Quum autem dominus vnum ex eis occideret, alter incredibili afficiebatur lætitia, videns inimico suo iamiam esse moriendum. Paucis autem post diebus, quùm ipse quoque ad necem traheretur, sese afflictabat, dicens, heu me infelicem, cur inimici mei cæde lætatus sum, quem tam citò eram eodem exitu secuturus.

Fabula indicat, neminem debere inimici quidem morte lætari, quum exploratum sit cunctis esse moriendum.

De Dæmone vxorem recusante. 194

DÆmon defuncta vxore, quemadmodũ morosam & difficilem habuerat, in perpetuo cœlibatu permanere decreuerat. Ingressus autem quendam hominem, vt inde exiret, nullis adiurationibus ac minis poterat adduci. Tandem exorcista, cum omnia prius fru-

ſtra tentaſſet, ſciens nullum vxore maius eſſe tormentum, minatus eſt, niſi egrederetur ſe vxorem illi daturum. Tũ dæmon alta voce clamauit, egredior, egredior, noli me iugalibus vinculis irretire, ſtatimq; exiuit.

Fabula indicat, difficili & moroſa vxore nihil eſſe miſerius.

De Muribus tintinnabulum feli appendere volentibus. 195

MVres in vnum conuenientes, conſultabant, quo ingenio, quaue arte felis inſidias poſſent euitare. Tunc qui cæteros & ætate, & rerum vſu anteibat, reperi, inquit, viam, quæ nos à tantis periculis incolumes conſeruabit, ſi mihi parere volueritis. Suſpendamus collo eius tintinnabulũ, cuius ſonitu venientẽ aduerſus nos felem ſentire poſſimus. Tunc omnes voce conſona ſententiam illius vt ſaluberrimam laudauerunt, itaq; faciendum eſſe dixerunt. Surgens autem quidam ſenior, imperato ſilentio: Ego quoq;, inquit, iſtam ſententiã approbo. Sed quis erit, qui collo eius tintinnabulum ſuſpendere audeat? Quum autem omnes hanc prouinciam ſubterfugerent, irrita ſententia fuit.

Fabula indicat, multos quæ facienda ſunt laudare, ſed qui ea facere velint, paucos reperiri.

De Milite timente includi in oppido obſidendo, ob auxilia à longè ventura. 196

MIles quidam prudens inuitatus à cõmilitonibus ſuis, vt cuidam Italiæ oppido, quod ad regẽ Gallorum defecerat, vnà cum eis vellet eſſe præſidio: ſi propius, inquit, loci dominus oppidum obſidebit, quis nobis ſuppeditabit auxilium? Tunc illi: rex, inquiunt, Gallorum. Miles tumulum quendam conſcendens, ô rex Gallorũ, ter alta voce clamauit. Quum autem nullum ſibi redderetur reſponſum, conuerſus ad inuitantes, nolo, inquit, illuc accedere, vbi qui mihi ſuppetias daturus

daturus eſt, auxilium implorantem non audiat. Cæteri, qui illuc acceſſerunt, à proprio oppidi domino obſeſſi, expugnato oppido, capti & iugulati ſunt.

Fabula indicat, ſtultos & amentes eſſe, qui ſeſe periculis imprudenter obiiciunt.

De Bobus ſperantibus paſcere, qui ad arandum ducti ſunt. 197

BVbulcus ſtabulum ingreſſus, boues lætitia exultantes aſpexit: interrogauit igitur eos, quænam eſſet cauſa lætitiæ? Cui illi, ſperamus, inquiunt, hunc diem abſque labore in lætiſſimis paſcuis nos eſſe ducturos. Quid vos, inquit bubulcus, vt ita credatis induxit? Illa, inquiunt, fore ſomniauimus. Nolite, ait bubulcus, huiuſmodi ſomnio fidem adhibere, quod falſum eſſe deprehendetis: Ego enim ſomniaui, vos hodie araturos: hominum enim ſomnia, quàm brutorum veriora eſſe conſueuerunt.

Fabula indicat, nihil mortalium ſpe eſſe fallacius.

De Viro, qui ſe felicitatis ſuæ cauſam, infelicitatis verò fortunam eſſe dicebat. 198

VIr quidàm auaritiæ deditus, cum audiret, nihil mercatura eſſe lucroſius, diuenditis paternis bonis, nauigare cœpit, proſperaq; vſus fortuna, breui maximas diuitias congregauit: interrogatus autem ab amico, quomodo tam paruo temporis curriculo tot opes coaceruaſſet, mea, inquit, induſtria. Sed quum non contentus tot ac tantis, quas parauerat diuitiis, ditior nauigatione fieri vellet, bis, terque naufragio facto amiſſis opibus, ad ſummam inopiam redactus eſt. Qui deinde interrogatus quid eum paulò antè tantis rerũ omniũ copiis affluentem ad tantam paupertatẽ redegiſſet? fortuna, reſpondit. Quod fortuna audiens, vehementer indoluit, ingratũ eum appellãs, qui bonorũ ſe cauſam, malorum verò volebat eſſe fortunam.

Fabula indicat, improbè eos facere, qui felicitatis causam suæ industriæ, aduersitatis autem fortunæ adscribunt.

De Fœmina maritum, ob pullos male seruatos, verberante. 199

FOemina quædam virilis animi, maritum meticulosum & insulsum multis affecerat plagis, quia vnũ ex pullis gallinaceis, quos abiens ei seruandos reliquerat, miluus abstulerat. Quare vxore iterum absente, ne quem pullorum, quibus datus hærebat custos, auis inimica posset eripere, vniuersos eodem filo ligatos diligentius custodiebat. Sed quum ex improuiso miluus adueniens, vnum vnguibus rapiens vellet auferre, omnes pariter per inane portauit. Infelix maritus memor ob vnum pullum amissum se ab vxore malè mulctatum, multò grauiora cœpit formidare. Satius ergo mori esse duxit, quàm iterum vxoris iram experiri. Ficus quosdam melle & aromatibus optimè conditas vasculo fictili mulier prudens condiderat, marito insulso, cuius gulam timebat, monito, ne quid inde esset, quũ præsentaneũ venenum lateret in vasculo. Maritus mori cupiens, ficus comedit vniuersas, ratus eam optimã moriendi viam esse. Rediens mulier, cum pullos omnes à miluo ereptos esse cognosceret, sumpto ingenti baculo maritum malum pullorum custodem verberare decreuerat. Cui insipiens maritus, noli, inquit, me iamiam moriturum verberare: Omne enim vasculi venenum comedi, & errati pœnas luam. Tunc mulier, ira in risum versa, marito ignouit, qui pro pullis malè seruatis, alio pacto ei satisfecit.

Fabula indicat, aduersus insipientes nullum idoneum esse remedium.

FINIS.

NOTÆ

NOTÆ ISAACI NICOLAI NEVELETI

IN MYTHOLOGIAM ÆSOPICAM.



NOTÆ ISAACI NICOLAI NEVELETI IN FABVLAS ÆSOPI nunquam hactenus Editas.

FAbula 150. ὁ δὲ κατηφὴς] Varietatem lectionis Codicum quibus vsus sum hic exprimere absurdum foret: satis erit nonnulla attulisse quæ plane non videbuntur otiosa. Palatinus quintus locum hunc sic habet. ὁ δὲ ἦν κατηφὴς καὶ οὐδὲν ἤσθιεν ἐκ τῆς λύπης, ὅμοιος δὲ ἦν βασιλεῖ δεσμότῃ.

Ἀνεπτέρωσε] Idem liber τὰ πτερὰ ἀναπτάσας καὶ μύρα χρίσας.

Fabula 54. Facit parentes bonitas) Rimicius longe elegantius & credo vera lectione legit

Facit parentes bonitas non natiuitas.

Fab. 56. Olim quas vellent) Lucian. περὶ θυσιῶν τοιγαροῦν καὶ οἱ ἄνθρωποι συνῳδά, τούτοις καὶ ἀκόλουθα περὶ τὰς θρησκείας ἐπιτη-

ἐπιτηδεύουσι. καὶ περὶ τὸν μὲν ὕλας ἀπετέμοντο καὶ ὄρη ἀνέθεσαν, καὶ ὄρνεα καθιέρωσαν, καὶ τὰ φυτὰ ἐπεφήμησαν ἑκάστῳ θεῷ. Arbores vero diis dicatas plures adfert Virgilius Eclog. 7.

Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho.
Formosæ Veneri myrtus, sua laurea Phœbo.

Fabula 57. Gemmeam caudam) Martia[lis] de Pauone

Miraris quoties gemmatas explicat alas
Et potes hunc sæuo tradere dure coco

Partes sunt vobis) Rimicius legit *Partes omnibus datæ.*

Tibi forma) Seneca Epist. 77. *valet & Leones: formosus est, & pauones.*



NOTÆ IN LIB. IV.

GAlli cybeles) Curetes aliis & Corybantes dicti: Egregie verò rem totam describit Babrias in μυθικοῖς quod fragmentum Babriæ debemus Natali Comiti: nullibi quippè quod sciam extat præterquam in ipsius Mythologia. plura eum habuisse eiusdem verisimile est. atque fieret aliquando vt prodiret Babrias. versus autem ii sunt.

Γάλλοις ἀγύρταις εἰς τὸ κοινὸν ἐπράθη
Ὄνος τις οὐκ εὔμοιρος, ἀλλὰ δυσδαίμων
Ὅστις φέρει πτωχοῖσι καὶ πανουργοῖσι
Πείνης σάκος, δίψης τε καὶ κακῆς τέχνης.
Οὗτοι δὲ κύκλῳ πᾶσαν ἐξ ἔθους κώμην
Περιιόντες ἔλεγον, τίς γὰρ ἀγροίκων
Οὐκ οἶδεν Ἄττιν λευκὸν ὡς ἐπηρώθη;
Τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σίτων
Ἁγνῷ φέρων δίδωσι τυμπάνῳ Ῥείης.

Si plura de Gallis istis sacerdotibus scire est animus, adi eumdem in Mythologiâ.

Rogati

Rogati mox à quodam, delicio suo) Vide prauam hominum illorum libidinem.

Fabula 60. Aliquot venit sæculis rete) Miror præteritum huncce à viro doctissimo Rigaltio locum (nam alios qui in Phædrum scripsere videre mihi nondum contigit) cum tamen sensus ex eo elici nullus possit. Legi posse videtur

Venit peritus aliquot retro sæculis

Cui coniecturæ viam præmuniuit Rimicius, qui habuit

Postea venit maior annis & cautus mus.

Fabula 63. Plus esse in vno) Æmilius Probus de Epaminonda *Quamdiu ille præfuerit Reip. caput fuisse totius Graciæ: ex quo intelligi potest vnum hominem pluris, quam ciuitatem fuisse.* Iustinus lib. 4 c. 6. *Ab his mittitur Gylippus, solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat.*

Fabula 63. Oculis venantem viros) Plaut. Milit. Glor. Act. 4. Sc. 1. vers. vlt. dixit

——— *venaturam oculis facere*

Viden' tu illam oculis venaturã facere atq; aucupiũ auribus Seneca *Lenocinium puellare vocat* declam. 6. p 473. *Muliebrem vestem sumpsit. Capillos in fœminæ habitum composuit. oculos puellari lenocinio circumdedit.* Hi Apuleio in Apol. *oculi illices* dicuntur, *Quis non disciplinam matris agnouit? cum in puella videret immedicatum os, & purpurissatas genas, & illices oculos.*

Vestem vniones pedissequos) Luxus muliebris instrumenta recensentur non pauca apud Plaut. Aulul. Act. 3. Scen. 5.

Nulla ergo dicat equidem dotem ad te attuli
Maiorem multo quam tibi erat pecunia,
Enim mihi quidẽ equũ est purpurã atq; aurũ dari.
Ancillas, mulos, muliones, pedissequos
Salutigerulos pueros, vehicula qui vehar.

Fabula 64. Historia quorum) Forte legendum erit

Historia nunc quorum in tabernis pingitur.

Vtinam

Vtinam ne vnquam) Apud Quintil. lib. 5. c. 10. Medea loquitur

Vtinam ne in nemore Pelio vnquam cæsa abies fuisset.

Quod ex principio Medeæ Euripidis petitum est

Μηδ᾽ ἐν νάπαισι πηλίου πεσεῖν ποτε
Τμηθεῖσα πεύκη.

Nec ad professæ mortis audacem) Iuuenal. Sat. 12.

I nunc & ventis animam confide, dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor aut septem si sit latissima tæda.

Contra Seneca Epist. 49. *Erras si in nauigatione tantum existimas minimum esse, quo morte vita deducitur. In omni loco æque tenue interuallum est Nam vbique se mors tam prope ostendit: vbique tam prope est.*

Prima qua Ponti sinus) Mart. lib. 7. Epig. 18. De fragmento Argus

Fragmentum quod vile putas & inutile lignum
Hæc fuit ignoti prima carina maris.

Lucanus itidem lib. 3. vers. 193.

Inde lacessitum primo mare, cum rudis Argo
Miscuit ignotas temerato littore genteis.

Vide & Propert. lib. 2. ad Cynthiam de Somnio naufragii vbi eodem epitheto *rudis Argo* dicitur. Ouidium pariter 2. Amor. Eleg. 9.

Fabula 66. Homo simul ac venit) Curtius lib. 4. c. 19. *Hic (quod in aduersis fieri solet) alius in alium culpam referebat, cum omnes verius de sæuitia maris queri possent.*

Fabula 67. Peras imposuit Iupiter nobis) Persius eò alludit Satyr. 4.

Vt nemo in sese tentat descendere nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo

Eodem quoque Catullus in Suffenum. *Sed non videmus mantica quod in tergo est.* Forte & illud Senecæ lib. 3. de Ira. *Aliena vitia in oculis habemus, à tergo nostra sunt.*

Fabula 68. Sæpe quos alueris) Xenophoni Κυνηγετικ. in fine.

in fine. Πολλοὶ γὰρ πολλοὺς ηὔξησαν οἳ δὴ καὶ ἰδιώτας καὶ πόλεις, ὑφ' ὧν αὐξηθέντων, τὰ μέγιστα κακὰ ἔπαθον.

Fabula 69. Quia diues arca) Isocrates aperte πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστιν, ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥαθυμίᾳ παρασκευάζων. videsis Ælian. ποικιλ ἱστορίας lib. 11. c. 9. vbi ex manuscripto Palatino & Plut. in Apophtheg. leges χρυσοῦς pro χρυσία.

Fabula 70. Cum se ferarum) Hanc & sequentis fabulæ priorem versum coniunxit Rimicius nescio an manuscripto duce. hoc modo *Sine sanguine cibum sumere sanctam & incorruptam fidem iurauit. Posthac dehacre cœpit habere pœnitentiam.* persequiturque fabulam illam de Leone rogante an os fœteret sibi & Simio, quæ extat apud Camerarium. Adeò vt videtur mihi versus ille *Turpi lauare cœpit pœnitentia* nihil ad sequentia pertinere, sed fabulæ huic 70. proprium esse.

Fabula 74. Furfuribus) Sordidus panis Plauto Asin. act. 1. Scen. 2.

Sordido vitam oblectabis pane.

Totam timentes) Vide Mart. Epig. 78. lib. 12.

Fabula 75. Colubram sustulit) Theocrit. εἰδυλλ. ἑ.

——— ἴδ' ἃ χάρις ἐς τί ποθέρπει

Θρέψαι μὲν λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥστε φάγωντι.

Isocrates ad Dem. Κακοὺς εὖ ποιῶν, ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσιν. ἐκεῖναί τε γὰρ τοὺς διδόντας ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν οἵ τε κακοί, τοὺς ὠφελοῦντας ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας.

Fabula 76. Diis est iratis) Horat. lib. 2. Satyr. 3.

——— *immeritusque laborat*

Iratis natus paries diis atque poetis.

Seneca in Ludo. *Videte corpus eius diis iratis natum.* Sic *inimicis diis* Plaut. dixit Milit. Gloriof. act. 2. Sc. 3. Curt. *aduersantibus diis* lib. 6. in oratione Philotæ.

Qui ture superos) Lar deus, apud Plaut in Prolog. Aul. queritur de infrequenti sacrificio Euclionis eiusq; parentis auarissimi. Propert. lib. 3. de Auaritia puellarum

At nunc

At nunc desertis cessant sacraria lucis
Aurum omnes victa nunc pietate colunt.

Ipsum te fraudas cibo) Tales ii *qui cum geniis suis belligerant, parcipromi.* vt ait Plaut. Trucul. Act. 1. Scen. 2. Auarissimi hominis εἰκόνα dabit in Aulul. Plautus sub persona Euclionis.

Fabula 79. Formica & Musca) Fabulam hanc illustrabit Lucian. ἐγκωμ. τῆς μυίας.

Simonides idem ille de quo) Historia hæc lucem capiet ex Ciceronis libro 2. de Oratore p. 251. vbi prolixe narratur.


Cuidam) Scopas is est. cuius familiæ meminit Theocrit. Idill. 17.

Vsus portæ moris) Cicero citato iam loco. *In quo multa ornandi causa poetarum more in Castorem scripta & Pollucem.*

Promisit) Plin. Epist. 15. lib. 1. *Heus tu promittis ad cœnam nec venis.*

Et mores vicina flagitabit) Plut. ad Apollon. Μοιρίδιον χρέος εἶναι λέγεται τὸ ζῆν, ὡς ἀποδοθησόμενον, ὃ ἐδανείσαντο ἡμῶν οἱ προπάτορες. dixit φύσεως ὀφειλὰς Isocrates in Panegyr. τὰ μὲν σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ἀπέδοσαν.

Dum vaciue perleges) *Aures vaciuas* dixit Plaut. prolog. Casin. & Trinum.



NOTÆ IN LIB. V.

P*Lus vetustis nam fauet)* Plin. Epist. 16. lib. 1. *An si inter eos quos nunquam vidimus floruisset, non solum libros, verum etiam imagines conquireremus?*

Illam osculantur quæ sunt) Seneca 2. de Ira. *Notissima vox est eius, qui in cultu regum consenuerat. Cum illum quidam interrogaret quomodo rarissimam rem in aula consecutus*

ecutus est, scilicet senectutem, Iniurias inquit ferendo & gratias agendo.

Hic est Menander) Mart. lib. 5. Epist. 13.

Sed toto legor orbe frequens, & dicitur HIC EST.

Ita Græcis οὗτός ἐστι. Plin. Epist. 23. lib. 9. *An si Demosthenes iure lætatus est, quod illum anus Attica ita demonstrauit* οὗτός ἐστι Δημοσθένης, *Ego celebritate nominis mei gaudere non debeo?* Sic Lucian. ἐνυπνίῳ. τῶν ὁρώντων ἕκαστος, τὸν πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, οὗτος ἐκεῖνος λέγων.

Fabula 82. Et sic porcelli vocem) Talis Parmenon de quo Plut. de Aud. Poet. ὥσπερ γὰρ ὗος βοήν, καὶ φθόγγον τροχιλίας, καὶ πνευμάτων ῥοῖζον, καὶ θαλάσσης κτύπον ἀκούοντες, ἐνοχλούμεθα, καὶ δυσχεραίνομεν. ἂν δέ τις πιθανῶς ταῦτα μιμῆται, καθάπερ Παρμένων ὗν, καὶ Θεόδωρος τὰς τροχιλίας ἡδόμεθα.

Peruellit aurem vero) Legit V. CL. Gruterus *aure vtraque quem celauerat.*

Fabula 83. Heia inquit commune) Vide Theophrasti charact. περὶ βδελυρίας. Se. Epist. 129.

Carbonem vt aiunt) Vide Suidam in Ἄνθρακες θησαυρὸς ἦσαν.


Fabula 84. Nec opinans) Forte *nec opinus*, qua voce supra est vsus.

More ducto canticum) Legit clarissimus Gruterus

Tunc chorus ignotum amore ductus canticum.

Superbiens honorem vidit) Idem legit *Superbiens honore diuina domus.*

FINIS.



Tt NOTÆ

NOTÆ IN AVIANI FABVLAS ISAACI NICOLAI NEVELETI.

SI requiris Lector, quis Auianus iste fuerit, sic enim eum omnes tum MSS. codices tum editiones indigetant, quod compertum habeam nihil respondebo. Fuit sanè Auienus quidam, qui plura carmine descripsit. Hunc eundem esse, non ausim adfirmare. Hinc tamen erui posse videtur, quod ille tempore Theodosii vixisse censeatur, hic itidem vixerit. Vt ex præfatione sua ad Theodosium liquet. Si modo suppositi-tia non est; (eam enim neque in Palatinis schedis, neque in prisci æui editionibus reperi) Fabulas præterea Virgilianas scripsisse testis est Seruius. Hic itidem non Virgilianas quidē, sed Æsopicas edidit. Vt vt sit, verisimilius est eum alium esse à veteri illo Auieno. Neque vero multum refert sciamus id an ignoremus. Non indoctum tamen hunc omnino fuisse quisquis is fuerit, indicant hæ fabellæ, in quibus ducem sibi delegit Æsopum. Quid verò in his Auiani notis præstiterimus si scire desyderas: cum Palatino codice manu exarato eas contulimus. Accessere itidem IANI GRVTERI Doctoris mei (de quo viro melius nihil dicere, quam non satis dicere) opera ex eadem Bibliotheca editiones duæ exsoletæ: quarum altera Vlmensis sine anni adnotatione. altera anno MCCCCXCIV. absoluta. sine loci nota cum commentario Anonymi cuiusdam. Ex quarum collatione si quid emaculatius eruere potuimus, huc reiecimus. Sed paucula sunt illa post doctissimi viri Theodori Pulmanni lucubrationes; qui fabulas hasce è tribus manuscriptis emendatas edidit. Non quidem primus vt arbitrabatur, sed cui par fere gloria debetur, tertius. Latebant enim ante illum hæ fabellæ in puluerulentis Bibliothecarum scriniis, saluæ quàm paucissimis, perditæ fere omnibus. Sed ad rem.

In præ-

In præfatione dubitanti) Deeſt hæc præfatio in iis quos vidi libris.

Falſitas deceat) Videtur potius *doceat*.

Nam quis) Lacunam hic eſſe ſuboleo. neque eſt vnde expleam.

Ab ipſis animus) Senſus loci huius me fugit. an *exanimis* legendum.

Fabula 1. *Deflenti paruo*) Fluidius eſt quod editiones ambæ præferunt. *Deflenti puero*.

Puer nimiæ dat) Offendit vox iſta *nimiæ*. Neq; auxilium à libris. Editiones ſaltem *nimium* habent.

Hac ſibi dicta putet) Editiones ambæ ſonorius legunt

Hac ſibi dicta putet, hac ſe ſciat arte notari.

niſi quod Vlmenſis *putat*. Neque eſt quod impediat cæſura (vt vocant) breuis vſitata aliis, & huic Auiano.

Fabula 2. *Occidit infœlix*) Ea eſt etiam Palatini codicis lectio: vtrum vera facit vt dubitem editio priſca quæ hunc verſum ſic exprimit

Decidit infœlix alitis ab vngue feroci

à qua facit Vlmenſis niſi quod *occidit* legit. An legendum erit.

Decidit infœlix alitis vngue fero

Æſopus ſiquidem, quem ſibi materiæ ducem elegit noſter, non *in ſublimes* mortuam *auras* ait, ſed in ſaxa ab Aquila deiectam colliſamque; cuius hæc ſunt verba: Λαβὼν οὖν ταύτην τοῖς ὄνυξι, καὶ εἰς ὕψος ἀνενεγκὼν, εἶτ' ἀφῆκεν. ἡ δὲ κατὰ πετρῶν πεσοῦσα συνετρίβη. Neque alias potis eſt Aquila corneam Teſtudinis domum effringere; ideo Aquilæ τὰς χερσαίους χελώνας συλλαβόντες, εἶτα ἄνωθεν προσαράσσουσι ταῖς πέτραις: καὶ τὸ χελώνιον συντρίψαντες, οὕτω ἐξαίρουσι τὴν σάρκα, καὶ ἐσθίουσι. vt Ælian. libro περὶ ζώων ἰδιοτ. 7. c. 16. Inde eſt fabula Phædri 37. petita.

Sublimes cum iam moreretur in auras) Vix video quomodo latinè dici poſſit *ſublimes in auras mori*. Sed

cum scirem exigendam minimè à recentioris æui scriptoribus locutionis rationem, locum hunc intactum præteriissem, nisi editiones, oblata lectione à vulgata diuersa remoratæ fuissent. Ambæ enim legunt

Tunc quoq; sublimis cum iam veheretur in astris

Quæ priorem nostram coniecturam fulciunt. Tu iudica Lector.

Fabula 4. Immitis Boreas) Fabulam hanc vt nonnullas alias editio Vlmensis omisit. *Immitis Boreas* hic est proprio Epitheto vocatus ab Auiano, qui Sæuus Catullo Epigr. 25. ad Furium Horrifer Ouidio dicitur vel respexit Auianus ad posteriora fabulæ vbi ait *Protinus impulsus ventis, &c.*

Placidusque) Non displicet Commentatoris explicatio huius loci, dum refert Epithetum hoc solis admodum quo pallium homini decussit, placidè nempe radios emittendo.

Cum magno conseruere Ioue) Editio suspectam huius loci reddit lectionem nam habet *Iurgia cum magno commisere Ioue.* Commisere scilicet iurgia Ioui diiudicanda, vt vult commentator. nec fuit è litigantibus vnus Iupiter, sed iudex & διαιτητής. Sed tanti haudquaquam est Auianus, vt velim vel debeam in eo vbique emendando vel enodando tempus consumere.

Quo trahit) Non displicet vt cum editione vetere & V. CL. Pulmanni duobus Codicibus *qua trahit* legatur.

Tunc victor) Post versus hosce duos postremos prisca editio amplius hos addit

Dura minando tu caueas armaueris hostem
Arte, valet vinci qui leuiore modo,

Sed quia hos sola habebat, reponere non ausus sum.

Fabula 5. Cum remanere malis) Pulmanniani Codices duo & vtraque editio *remeare.* Nec male eam sequeris lectionem.

Pauidos per sua rura boues) Præferenda erit, si iudicium me-

um meum sequeris, lectio hæc vulgata

Turbabat pauidas per sua lustra feras

quæ est à MS. Palatino & duobus Pulmannianis, quibus subsidiariæ succedunt æui prisci editiones ambæ.

Mutato murmure fallis) Visum est vnius Palatini lectionem huc adtexere, quæ cum vulgata ausit de bonitate certare

Forsitan ignotos imitato murmure fallis.

At mihi ceu quondam) Videnum æque bene Palatinæ membranæ & Pulm. editionesque *At mihi qui quondam.*

Fabula 6. Olimque immersa profundo) Nondum vidi quid hic *olim* significet. mirorque tum in editionibus, tum manuscriptis discrepantiam nullam esse. Videbatur aliquando inuersis literis legendum *limoque.* quod si tibi placet, mihi etiam nunc placet.

Fabula 7. Faucibus, & nexis) Varietas est in his vocibus. Palat. Codex & Pulm. duo *innexis.* editio Vlmensis *innixis.*

Munera pro meritis si cupis) Mallem

Infœlix quæ tanta rapit dementia sensum?

Munera pro meritis sic cupis ista dari?

Cæterum, non absurdum ab hac fabula elicit ἀνώνυμος commentator. *Non de quolibet munere dato gaudeamus, sed potius consyderemus propter quem finẽ datum sit.* Et hoc est quod Anonymus fabulator 23. fabula monuit

Si tibi quid detur cur detur respice. si des

Cui des ipse nota:

Fabula 8. Fertur pecus ipse per auras) Volantem fingis Camelum Auiane? Quidni cum & *loqui arbores, feras cum hominibus gemere, verbis certare volucres fecerimus?* At haud ita durum videtur quod est ab editionibus.

Corporis immensi fertur pecus ipse per arua.

Et magnis precibus) Mallem quod libri Pulman. duo & Palatinæ schedæ cum editionibus volunt.

Et magnum precibus sollicitasse Iouem.

Obiectum cunctis) Editio vtraque *abiectum*. Nec scio num vulgato melius. Si id mauis *abiectum* hic erit contemptum, neque bis idem dicit Auianus.

Viuo memor merito) Addunt ἐπιμυθίου vice editiones versus binos, qui fabulam 25. claudunt vnde & pluribus aliis locis vbi idem contigit, coniicere licet Auianum eamdem adfabulationem duabus inseruire fabulis voluisse. aut à librariis, qui carere adfabulatione hanc fabulam arbitrabantur, euulsos à sua sede hos versus hucque intersertos fuisse quamuis & hic quadrent optime.

Fabula 9. Conuenit) Vix placet hæc lectio: nec magis multo quod editiones *prauenit*.

Tunc olidum credens) De Vrso cadauer non vorante, vide quid in notis ad fabulam græcam 168. dixi.

Maxima iussit) Communis editionum lectio *maxime iussit*. quæ quomodo huic loco quadrent non video, nisi εἰρωνικῶς fugaciorem iusto socium *maximum* vocet. Palatinus codex *maxime iussum*. An erit *maxima iussa*.

Fabula 10. *Nitido vertice*) Si quid MSS. & editionum numero tribues, leges hic *nudo vertice*.

Fabula 11. *Iurabat solitam*) An erit legendum *sociam*.

Namque fides) Vide num editio Vlmensis melius

Nam breuis est illi cum meliore fides.

Fabula 12. *Non me ridenti*) In Lugdunensi editione recentissima quatuor versus non habentur postremi. In Palatino codice duo vltimi.

Sint tibi vota tua) Concinnius exoleta editio legit. *sint tua vota tibi*.

Fabula 13. *quæreret antra viis*) Visa mihi est Palatini codicis scriptura haud aspernanda

Tutaque desertis quæreret antra iugis.

Quia

Qui gregis esse solet) Sonorius est quod Pulm. liber & Vlmensis editio *qui solet esse gregis.*

Post vbi summissa) Malo quod codex Palat. & Pulm. *Ast vbi summissa.*

Nam timor expulsum) Danda sunt sæculo plurima. neque ad veteris locutionis trutinam expendenda posterioris æui scripta. Hic enim quomodo Latine dici queat *iurgia ferre* pro inferre, quomodo hic sumendum haud satis intelligo. Eget præterea explicatione hic locus. de qua nihil addam tantum de sinceritate lectionis dubitare me fatebor.

Consequiturque) Malo quod Palatinus liber *insequiturque.*

Nam si discedat) Babriæ est hic locus

Εἰ πῶς με μὴ λέοντος ἐπτόει φόβος,
Ἔγνως ὅσον ταῦρος τέ καὶ τράγος θέος.

Fabula 15. Continuisse) Palatin. & Edd. vno ore *continuasse.*

Florida terga) Vide num tolerare possit illud Palat. *sordida terga.*

Fabula 17. Transfegit vulnera) Pulman. codices 4. cum Edd.

Et simul emisso transiecit viscera ferro.

Dic quis ille foret) Haud satis integer locus. editio Vlmensis *Dicque quis.* Altera editio *ede quis ille foret.* Non improbo doctissimi Pulmanni coniecturam dum legit. *Quis dic ille foret.* Aio tamen lectionem esse si non genuinam certe genuinæ proximam quam è Pal. codice hausi. Illa est

Dum rogat vnde foret qui talia vulnera ferret.

Illa gemens fractoque loqui) Editio Vlmensis *Illa gemens que loquens* An melius

Illa gemens fractoque loquens vix murmure, cœpit,
(Nam solitas voces ira doloque rapit.)

Sed melius doctissimus Pulmannus *Illa gemit fractoque.*

Bruta licet soleant) Amplius editiones ambæ

More volant iaculi clandestina verba nocentis,
Nec præscire palam læderis vnde, potes.

Omnibus est illis) Vide an melius Palatinæ membranæ

Plus tamen est illis iure timendus homo.

Fabula 18. *Tantorum*) Operarum error hic videtur, Liber enim Pal. & editiones *Taurorum.*

Tauros disiunxit) Forte melius cum Palat. *animos.*

Fabula 19. *Quam velles spinas*) Palat. codex & editio Vlmensis præferunt *Quam malles spinas.*

Nemo suæ carnis) Versus hos postremos omisit Palat. liber & editio altera pro quibus hos habent

Cum pulcher fueris deformem spernere noli.
Turpia namque vigent, sæpe decora cadunt.

Distichon vtrumque agnoscit Vlmensis. Cæterum Palat. habet *fortia sæpe cadunt*

Fabula 20. *Corpore damna*) Tolerari potest quod vetus editio legit *lucra.*

Vota diurna) Palatinus liber & editiones *vota futura sequi.*

Fabula 21. *Rusticus & auis*) Ea est fabula vulgatissima ex Gellio lib. 2 c. 29.

Nunc ait o miseri) Editio altera (nam Vlmensis hanc fabulam non habet) distichon hoc addit

Exemplo simili, vitare pericula debes
Instans quando malum videris esse tibi.

Fabula 22. *Qui dum prouentis*) Non coniuncta hæc prioribus legit editio Vlmensis.

Qui de prouentis aliorum gaudet iniquis
Lætior, infælix in sua damna ruit.

Palat. Codex *Quæ* legit.

Fabula 24. *Tunc hominem adspiceres*) Editio amplius hæc addit.

Nec pictæ tabulæ, nec testi credito per se
Nam pelleus eris si male credideris

quæ mihi meræ sunt tenebræ, & monachi recentioris commentum videntur.

Fabula

Fabula 26. *Suspectam rabidus*) Contra MSS. tum editiones omnes mutat doctissimus Pulmannus, *suspectam* in *suspensam*.

Non citius blandis cuiusquam) Palatinus liber

Non tutum est verbis cuiusquam credere blandis

Editiones ambæ

Non citius blandis fallacis credito verbis,
Sed si sint fidi, respice quid moneant.

Fabula 27. *Continuasset*) Libri MSS. & Edd. *continuisset* hic legunt.

Immersis adcrescens) Ea est Lybicorum coruorum solertia vt ait Ælian. lib. 2. c. 48. περὶ ζώων. & Plutarchus in libello πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα.

Viribus hæc docuit) Vetus est Titinnii dictum

Sapientia gubernator nauem torquet non valentia.

Fabula 28. *Continuo euersam*) Nequaquam malè editiones *versam*.

Cum ratione nocens) His insuper addunt editiones priscæ sequentes versus

Tauro sunt similes ad bona quique rebelles
Quos nec verba regunt, verbera nec reprimunt
Vix castigatur, cui semita recta negatur,
Quod mala mens didicit, perdere non poterit.

Quos vix Auiani esse credo. Redolent enim rythmicos recentiorum monachorum versus.

Fabula 29. *Hæsit in aduersa membrorum*) Sensum huic loco esse potest non nego. Præfero tamen alteram Palatini codicis & Editionis Vlmensis lectionem

Hæsit in aduersa nimborum mole viator.

Altera editio *membrorum* quidem habet, sed Scholiastes *nimbrorum* legit dum explicat *pruinarum*.

Algenti rursus ab ore tulit) Editio Vlmensis altera, cum Pulmann. Codd. 2. *sufflat*. an erit

——— *algentem rursus ab ore tulit.*

Testam feruentem attingere non sustinens labiis, flatu algentem reddidit.

Duplici monstro) Nouo significatu *monstrum* pro miraculo dixit.

Fabula 30. *Impatiens fertur quod*) Vide an bene Palatinæ membranæ cum Pulman. 2. & Edit.

Impatiens fertur cor rapuisse cocus.

Fabula 31. *Quem petat ille*) Malo quod Pal. & Pulm. codd. cum editionibus *quem petat, esse videt.*

Iusto sermone) Qui *iusto?* an melius edd. *tali.*

Quæ sit fiducia monstris) Noua itidem vocis vsurpatio vereor tamen vt vera Pulm. enim 2. Codices & editio vtraque, *quæ sit fiducia membris.* Monstra quidem Iustinus Elephantos vocauit lib. 18. c. 2. *Victoresq; iam noua Macedonum monstra repente vicerunt* de Pyrrhi inusitatis adhuc æuo illo apud Romanos Elephantis loquens. Sed an licebit quoque Auiano è musculo facere Elephantum.

Fabula 32. *dispositis*) Palat. & Pulm. duo MSS. depositis. Vide an editio ineptè compositis.

Tunc quoq;) Recentissima Lugdunensis editio habet

Tunc quoq; congressum maioraque viribus ausum
Fas superos animis conciliare tuis.

haudquaquam ineptè.

Disce tamen) Fabula græca Ναυάγοι eiusdem cum hac sententiæ est: ad quam vide quæ dixi.

Fabula 34. *Passus transire*) Palat. *transiisse.*

Solibus abreptos) Palatin. & Pulm. duo MSS. cum edit. *Solibus ereptos.*

Aruaque sub gelido) Melius Palatin. & editio *Aruaque sub rigido.*

Fabula 35. *Fama est quod geminum*) Vide notas ad fabulam græcam Πίθηκος vbi plura.

Sponte relinquit onus) *Remisit* habet Palat. & editio Vlmensis à quibus sunt Pulm. duo qui *remittit* habent.

Alter ab hirsuto) Noua lectione editio Lugdunensis

Hirsutis alter innectens brachia collis.

Admotum cultro) Huius loci variantes lectiones adfuere

ferre operæ pretium non est. locum hunc distinctione posse arbitror & mutatione vocis.

Fabula 38. *Te quoque teste valent)* Malo, quod Palat. & Pulm. editioque *te quoque teste queant.*

Mercabitur auro) Palat. *emptor.*

Fabula 39. *Ille resultantem)* Editio exoleta *Ille reluctantem.*

Sauior hoc alios) Editio eadem (nam Vlmensis hanc fabulam omisit) addit distichon hoc

Sæpe malum postquam fecit quod quisque piauit
Immunis causati criminis esse cupit

quod vix Auiani fuerit.

Fabula 40. *Inter consimiles ibat)* Vix est vt respuam Palat. lectionem

Inter consimiles respuit ire feras.

Fabula 41 *Nunc me docta)* Editio Vlmensis *Nam me.*

Fabula 42. *Adstitit)* Melius & editiones & Palatin. *constitit.*

Impius hunc) Editiones ambæ cum Palat. & Pulm. codice *impiger* Quid si

Imminet huic raptor, mediamque secutus in vrbem:

Immerita pecudum) Palatinus


Immitem propera morte cruentat humum.

Quam rabidi fauces) Satius ait Pulmannus

Quam rabido fauces exsatiare Lupo.

Lectionem illam reperi in editione Vlmensi & altera veteri nisi quod *exsaturare* habent.

FINIS.



NOTÆ

NOTÆ IN ANONYMI FABVLAS ISAACI NICOLAI NEVELETI.

IN *Prologo. Impluerore)* Anonymus hic noster, vt cæteri recentiores scriptores, nomina fingit noua, vel ficta iam & aliis vsitata in diuersum trahit significatum. Quorum exempla omnium apud Latinos si requiras frustra eris. Prioris generis vox est hæc *implue*, quæ haut temere alibi occurrat. In Onomastico saltem vetere legitur *Impluo* ἐμβρέχω. MS. Palatinus hic *imprime* habet.

Fabula 1. Natique decoru) Palatini illud maluimus quam quod editio Vlmenus *mirique*. aut quod altera *nitidique*.

Hac in sorde iaces) Sic editiones ambæ. Palatinus Codex *manes*. Huius nostri curiosa sedulitas in εὐφωνίᾳ metrica facit vt dubitem an ita scripserit. Mallem

Hac in sorde iaces nil mihi messis habens.

Quem limus sepelit) Sic refiximus ex Palatino libro, contra editiones ambas, quæ *fimus* præferunt, renuente versu.

Nec mihi tu prodes) Simiam Phædri hunc nostrum qui dixerit, haut quaquam errauerit. Ita enim est. Quascumque fere fabulas vna cum Phædro describit, Phædrum in iis sequitur. & nonnumquam eius verba seruat. Phædrus fabula 51. quod dixit

Nec tibi prodesse, nec mihi quicquam potes,

Id noster sic protulit

——— *nec tibi prosum*

Nec mihi tu prodes.

Sed integram confer fabulam, plura enim imitatus est.

Nil sapit

Nil sapit iste cibus) Codicem hic sequutus sum Palatinum. editiones siquidem *ista seges* legebant quod & tolerari potest.

Fabula 2. Fluenti) Ex æquo & bono sic reposuimus inter lectionum varietatem.

Limite non æquo) Sic Palat. Codex editionesque haud male tamen MS. Victorianæ Bibliothecæ Parisiensis *Limite non vno*. vt monuit vir doctissimus Rigaltius in Phædrum: Edidit enim ex eo libro fabulas quinque huius nostri.

Riuique decorem) Melius idem liber *Riuoque*.

Sic tonat) Sic editiones legunt. quos si sequi est animus, distinguendus erit hic locus

Agnus adhuc, tanto non vixi tempore: prædo
Sic tonat.

At melius Palatinæ schedæ *Cui Lupus, an loqueris* quomodo fuerat edendum.

Hi regnant qualibet vrbe Lupi) Debetur hæc insignis gnome Palatino libro. editionique Vlmensi. Altera enim *in parte* habet vnde non longe lectio Victorianæ MS. *qualibet arte* Sed quanto melius nostri libri?

Fabula 3. Mens dissona verbis) An melius Palatinus *mens dissona lingua?* mihi sic videtur.

Ecce natant) Non displicet Vlmensis Edit. lectio *Ambo natant*.

Naufragat ipsa fides) Malo quod eadem editio *naufragat ipsa fidem*. ea cum distinctione

Mergitur vt secum murem demergat: amico
Naufragium faciens, naufragat ipsa fidem.

Fabula 5. Non sua si quis amat) An mauis quod Palatin. *auet*?

Fabula 6. Dat maior tertia iura labor) MS. Victor. Biblioth. *vota labor*.

Et pars quarta meum) Palatinus habet

Et pars quarta nisi mea sit, rumpemus amorem.

Publica solus habet) Varro apud Nonium

Natura

Natura humanis omnia sunt paria.
Qui pote plus, vrget, pisceis vt sæpe minutes
Magnu comest, vt aueis enecat accipiter.

Fabula 7. Tanta caloris hyems) Ea est omnium editionum & MS. lectio V. CL. Rigaltius locum hunc vt corruptum asterisco notauit in Notis ad Phædrum, Sed de lectionis veritate non est quod dubitemus inter generalem illum Librorum consensum dubito. Nouitate vero locutionis non est quod offendamur, cum plura huiuscemodi apud hunc occurrant. Caloris hyemem itaque pro intensissimo calore dixit.

Hic prohibet sermo) MS. Victorian. Bibliothecæ sequentem versum sic effert.

His malè qui faciunt, vel mala facta parant.

quod prætulerim. Nec tamen adeò πρὸς διόνυσον est hoc ἐπιμύθιον. Magis quod Commentator, *Fabula docet nos, quod melius est habere principem vnum quàm plures.*

Fabula 8. Medicam multa daturus opem) Leue est quod edituri sumus in editionibus legi *medicum.*

Nil prodest prodesse malis) Imo obest profuisse. Bene enim Phædrus fabula 75.

Qui fert malis auxilium post tempus dolet.

Fabula 9. De partu querulam) Hanc fabulam illiusq; exemplum dabit Iustin. lib. 43. c. 7. & 8.

Huic tamen à partu) Forte melius *Huic tandem.*

Sua iura) Editio altera *tecta.*

Fabula 10. Ver redit) Sunt hi duo versus ab editionibus. MS. Palatinus non agnoscit. Nec sane multum est quod hic sint.

Fabula 12. Murem mus suscipit, adem) Lectio hæc est Palatini codicis. Nam editio Vlmensis legit *Suscipit æde, comedat vt secum.* Altera vero *comedit ad mensam.*

Ostia latrant) Editio altera.

Ecce sera clauis immurmurat, ostia laxat.

quod stylo auctoris aptius, si genium eius bene noui.

His

Hic tenebras) Malo quot Palat. *latebras.*

Parcit fortuna timenti) Melius erit fortè *parcit fortuna timori.*

Rodere malo fabam) Bene Græcus ille

Ῥαφεῖν φακλῶ ἐσθ' ἡδὺ μὴ δεδοικότα,
Ἢ μαλακῶς καθεύδειν ἄθλιον δεδοικότα.

Pax opulenta) Locus hic constituitur in Palat. codice hoc modo

Pauperiem ditet pax opulenta mihi.

Dat precium) Malo legatur *Det pretium.*

Et quia summa timet) Codex Palatinus lectionem hanc suppeditauit. Vlmensis editio

Et qui summa timent, tutius ima petunt

altera vero

Et qui summa timet tutius ima petet.

Fabula 13 *Arboreum zonat)* Noua vox à zona deducta. *Zonat* est circumdat.

Consurgit copia fumi) Palatinus liber *coniurat copia fumi.*

Hunc timet, & vulpem) Ea est lectio editionis alterius; Vlmensis enim *Hanc timet vt vulpem* ineptè nec multo melius Palatinus *Huic tamen & vulpem.*

Non sit qui studeat) Sic ex Palat. libro locum hunc constituimus. Cum in editione Vlmensi esset

Non igitur studeat quis maior

Et in altera

Non sit qui studeat maior obesse.

Fabula 14 *Nam si celsa cadit)* Vide quæ ad Auianum diximus de eadem fabula.

Saxea frangit humus) Malo *franget.*

Subuersus) Malo quod Palat. codex *submersus* vt in metaphora persistat.

Fabula 15. *Corue decore decens)* Vlmensis *Corue decore nites.*

Cygnum candore parentas) Ea est lectio Palatin. membranarum & editionis Vlm. Nam alia deprauatè

habet

habet *pracellis*. Noua ſane vox neque temere obuia quę à parentibus videtur deducta, vel potius à pari. *Parentas* igitur *cygnum candore* eſt *par es cygno candore.*

Pictaque) Editio altera *ſic teque* vnde coniicies *fictaq;* alterum tamen mihi magis ſapit.

Fabula 17. Nunc pede calcat herum) Sic editio vtraque. Magis tamen ſequendam putarim Palatini codicis lectionem *Nunc pede placat herum & teſtatus.*

Vita nitor) Vlmenſis *vita vigor.* in oneribus ferendis ſcilicet.

Ludam ludo places) Sic editiones niſi quod altera *placens* habet; Palat. deprauatè *Caudam lude places* vlterius inquirendum cenſeo.

Humeroſque priorum) Sic editiones Palatin. liber

Humuſque priorum preſſus mole pedum

Hinc an aptius erit

Humeriſque priorum preſſis mole pedum.

Fabula 18. Subiacet ira preci) Sic optimè editiones. Continuatio quippe metaphoræ à trutina deſumptæ. Palatinus non ita aptè. *Supplicat ira preci.*

Si vincere laus eſt) Legi melius poteſt *Sic vincere, laus hac.*

Et decus hoc minimo) Præclarè Crates Alexandro apud Curtium lib. 9. c. 30. *Quocumque iuſſeris ibimus, obſcura pericula, & ignobiles pugnas nobis depoſcimus. Temet ipſum ad ea ſerua, qua magnitudinem tuam capiunt. Cito gloria obſoleſcit in ſordidis hoſtibus.*

Spondet opem ſolus) Diſtinctione laborat hic locus. diſtingue ergo

Spondet opem; ſolus fit mora parua dies.

Ne deſpice parua potentem) Sic editiones at Palatinus liber. *Ne deſpice parua, potenti* quod non ita accommodè.

Fabula 20. Noſtris mala damna) Præpono Pal. illud *mala vincla minatur.*

Fabula 21. Similitudo ad ſequentem) Ea MS. Palatini.

ἐπιγραφὴ

ἐπιγραφή. Initium est autem hîc libri secundi in editione Vlmensi, quæ distinctio cum neq; in MS. Palat. eodem, neq; in editione alia compareat à Rimicio quodam, qui has fabulas soluta oratione Latina & Germanica vertit, fictam arbitror. Verisimile quippe non est libellum huncce tam exiguum, in τμήματα duo partitum ab auctore fuisse. Cæterum hinc videas, quod superius monui, Simiam Phædri esse hunc μυθοποιόν. Petita enim hæc omnia sunt ex illius procemio in fabulam 2.

Fabula 22. *Pie Iupiter audi*) Id melius visum est, quam quod Palat. *pie Iupiter, omnes.*

Nimio vilescit in vsu) Palat. codex *abusu.*

Fabula 23. *Pulsurum bella*) Concinnius forte Palat. *Pulsura.*

Fabula 25. *Et pietas hæc erit*) Ita constituimus hunc locum ex Palatino. Nam editiones *Hæc pietas non erit apta mihi.*

Fabula 26. *Hinc homines*) Verior videtur Palat. Cod. lectio *Vicini trepidant.*

Magna minantur) Sic Palat. Edit. non ita bene *magna loquuntur.*

Fabula 28. *Elumbem*) Malo quod Palat. liber *Delusum* ratio in promptu est.

Nescit iniquus homo) Aptius esset *Herus.*

Fabula 29. *Se metui & ranas*) Ita Palat. habuit.

Morituros viuere vidi) Ouidianum est illud

Spes bona dat vires, animum quoq; spes bona firmat
Viuere spe vidi, qui moriturus erat.

Fabula 30. *voce Capellam*) Editiones ambæ ineptè hunc locum constituunt. Nam Vlmensis *voce rapina*, altera *voce caprina*. Debetur emendatio Palat. libro.

Cum bene caprizes) Editio Vlmensis *cum male caprizes.*

Fabula 31. *Humanam potuit*) Sueton. in Tiberio c. 72. Ælian. ποικίλης ἱστορίας 13. c. 46. enutritos dracones testantur.

Remitto) Palat. haud malè *remittam*.

Fabula 32. *Paret ista timore*) Inuerte vocum ordinem iubente versu & lege.

Sic iubet esse Lupus paret timor ista iubenti.

Cum timor in pacto) Sic locum istum ex Palat. restituimus, cum in editione Vlmensi esset *cum timor in portu*. in altera verò *cum timor in promptu*

Fabula 33. *Muscam vult lædere caluus*) Sic consone magis quam editiones habuere *caluus vult lædere muscam*.

Illa redit) Acutius quid voluere substituere qui editionibus præfuere, cum non obseruata metrica lege, *ridet* reposuere. Ita enim in editione vtraq; legitur.

Surda tibi) Editio Vlmensis *tarda*.

Fabula 34. *Vulpe vocante*) Maluimus id quam quod editio Vlmensis *fauente*, aut altera quamuis non ita male *iocante*.

Bibit illa dolorem) In Palat. est *bibit illa liquorem*.

Fabula 36 *Picti pauonis amictu*) Sic *Picti pauones* Ouidio dicuntur Metam. 2.

Dii maris annuerant, habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis.

Minuique pudorem, sic putat) Sic emendauimus ex Palatino libro. Editio vtraque *minimique* & *sustulit*.

Corripit ore comes) Id & à Palatino est pro quo Vlm. *corrigit*; altera *vulnerat*.

Hæc leuis est) Ita inter lectionum varietatē locum hunc constituimus.

Fabula 38. *Vulnere siue minis*) Editio Vlmensis *Vulnere, voce minis*.

Fabula 39. *De Leone & spina*) Ea est de Androdo seruo notissima historia ex Gellio lib. 5. c. 14. Æliano lib. 7. c. 48. Hist. Animal qui seruum illum Androclem vocat de leonibus auxilium humanum implorantibus Plin. lib. 9. c. 16. De Leænæ gratitudine pæne simili vide Seuerum Sulpitium dialog. 1. de vita Martini.

Maior idem loquitur) Haud quaquam male editionum altera *Vulnus idem loquitur.* quomodo edi debuerat.

Et multas miscet arena feras) Editio multis *additur ipse feris.* An melius *& multis miscet arena feris.*

Ecce necis potum) Ita elegantius longe ex Palat. refixi. quum editio Vlmens. *pœnam.* vel altera *caussam* haberet.

Fabula 40. Vulpes eam) Reponi debuit lectio Palat. MS. *Vulpes; caussa vocat.*

Fabula 41. mihi redde laboris premia) Malo quod Palat. 4. *mihi redde labores: premia.*

Fabula 44 Priuatur phaleris freno) Ex Palatin. sic emendauimus editiones habebant *Priuatur phaleris freno priuatus honesto* nisi velis legi *priuatur.*

Cur fugit iste decor) Palatinus liber

Cur est hæc macies cui fuit ille nitor.

Fabula 46. Modus iste canorus) Sequutus sum Palat. Codicis lectionem cui proximè editio accedebat *modus iste canoris* longius aberat Vlm. *modus iste canendi* quod non malum est.

Semper mala vita meretur) Sic ex Palat. refiximus. Editio Vlmensis

Fine malo claudi mala vita meretur iniquus

Altera vero

Fine malo claudi mala vita meretur iniqui.

Fabula 47. Et necat ense lupum) A Palatino codice est hæc emendatio. Editionum altera legit *hic necat:* altera *hic iacet.* Neutra bene.

Cur nocui nocet) Vlmensis editio

Cur nocui nocet ecce mihi nocuisse nocuum est

An erit.

Cui nocui, nocet ecce mihi; nocuisse nocuum est.

Fabula 48. Crura neci rapiunt) Legebatur in editione Vlmensi *Crure neci raptum.* in altera *Currere sic raptum.* Id quod vides adiuuante Palatino libro refixi.

Fabula 49. *Dum vir & vxor)* Lepidiſſima hæc fabula ex Petronio deſumpta eſt.

Vir metuens furem) Vlm. Edit.

Vir metuent furem ſed non ſuſpendia furis.

Fructumque ligurit) A Palatino eſt lectio hæc, elegantior longè vulgatis *miniſtrat* vel *carpit.*

Hinc redit ad furem) Editio vtraque *Hic redit.*

Extorrem me iubet eſſe timor) Vide ſcribarum in deprauandis libris audaciam. Quid *extorrem* eſſet ignorantes repoſuerunt *excordem* ſenſu quidem bono, ſed non vero.

Quæ ſpem tibi ſuſcitet) Palatini Codicis ea eſt emendatio Editio Vlmenſis legebat *quæ te bene liberet.* altera non ita longè *quæ mihi ſuſcitat.*

Subligat ipſa viro) Editio Vlmenſis hos inſuper verſus addit

Miles ait noſtra noſtris ſucceſſibus artes
Non proſunt; aliud conſule conſilium.
Crinibus orbata furis frons nuda nitebat.
Iſtiuſque viri frons manet hirta comis
Pallentis caput illa capit; frontemque ſigillans
Caluitie, manibus vellit & ore pilos.

Et poſt duos modo ſequentes alios inſuper hos addit

Iam veteri nouus extincto prefertur amori
Viua nihil fidei mens amoris habet.

Quos omnes, etſi à ſtilo noſtri fabulatoris haut abhorreant, reieci tamen huc, quod neque in Palat. MS, neque in editione altera extaret.

Fabula 50. *Vitat auis taxum)* Venenata hæc arbor. de qua vide Plinium.

Fabula 51. *Fabula nota ſeni)* Sic Palatin. editio Vlm. *nota ſequi.* altera *nata ſequi.*

Fabula 52. *Ferrea mordaci)* Palat. *parcenti* editio altera *precenti* An erit *præſenti* præſentaneo. aut bene Palatinus *parcenti.*

Fabula 53. *Fœdere tentat Ouis)* Ex Palat. id eſt. Editio enim

enim Vlmensis *fallere*, altera *lædere* Neutra male. Sed acutius Palatinus.

Fabula 54. Lucus ait pereo) Est in codice Palatino

Lucus ait mihimet tanti sum causa pericli.

Quem iuuat hoste perit) Ea est editionis alterius & Palatini Cod. lectio.

Fabula 55. Copia pulchra patet) Editio prima *sancta* altera *facta*.

Libertas prædulce bonum) Euripides

Τοὐλεύθερον γὰρ ὄνομα παντὸς ἄξιον.

Qua nisi conditur) Sic ex Palatino reposuimus. Editionum altera habet *condita*, altera *condatur*.

Fabula 56. Incusant auidi pes & manus) Notus est Menenei Agrippæ hic Apologus ex Liuio & aliis.

Perdita non reparans) Editionum altera *Perdita via refugit*.

Fabula 58. Nam cum bella facit) Ea est Palat. Codicis lectio. Editio Vlmensis.

Nam tibi bella facit & tympana pellis Aselli
Hinc lassatur, & hinc pulsat tonante manu.

Fabula 59. Æquora) Ex Palatino id deprompsimus. Editio Vlmensis *Equo* habet: altera *deuia*.

Condite me latebris) Palat. *credite* quod malo.

Vt iuuet vmbra) Hoc à Palatino est Vlmens. editio *nam iuuat*. altera *dum iubet*. mallem *dum iuuet vmbra fugam*. id est *nox*.

Res sua sollicitat) Contra editiones id scripsimus ex Palat. quæ consensu vno *res tua te reperit*.

Fulgurat) Palat. *Perstrepit*.

Fabula 60. Pectore) Sic Palat. nam editio (vnica enim fabulam hanc habet) *corpore*.

Alter ait) Ex Palatino suppletus est hic versus.

Regis concilium) Acutiam leui errore loci huius editio sustulerat *Regis consilium consiliumque*, legens.

Vt perimas) Editio vitiose *reprimas* legebat.

Fabula 61. Torret honore) Erat in editione *mordet amore senis.*

Fingit de ciue querelas) Est in Palatino cod. *susurros* quod non respuo.

Et suo de censu) Id melius est quam quod edit

Est sua de censu gaza recisa tuo.

Plus debilis ætas) Erat in editione *fragilis.*

Nisus hebes) Maluimus id, quàm quod editio visus obes.

Amicorum populo) Iustin. lib. 9. c. 1. eodem sensu dixit, *Ostenti prorsus genus, Vbi in tanto populo non sociari, Verum etiam sileri parricidium potuit.* De Artaxerxis quinquaginta filiis loquens. Eodem etiam sensu Cassiodorus dixit *Populus statuarũ.* de statuis vrbis Romæ loquens. quamuis remotius magis. Fabulator etiam hic idem eodem modo dixit *turbam pedum.*

Nox vna duellum) Editio leui errato *vox* est mihi.

Si turpes) Editio habuit *turpis.*

Strua colit) Palat. libris arua *nouat.*

O noua simplicitas) Editio haud ita aptè *O bona.*

Rex ait incisum) A Palatino est hæc lectio Editio enim haud ita argutè

Rex ait inceptum soluas præfecte duellum.

Furentem) Editio malè *ferentem.* Atque hæc hactenus. quæ plura forte an erunt, quam ipse desideres. Plura sanè quàm statueram, sed reddenda mihi incubuit ratio eorum quæ ex Palatino mutaui vel editionibus. Quod dum facio in eam quam cernis molem excreuere hæ nugæ.

FINIS.

10u

